84101

# EXTRACTUS CHRONOLOGICUS

ALTISSIMARUM REGIARUM & GU-
BERNIALIUM

## ORDINATIONUM

IN

## M. PRINCIPATU TRANSYLVANIÆ

PRO

SINGULORUM OBSERVANTIA

CIRCULARITER PUBLICATARUM

## ANNO 1795.




*CLAUDIOPOLI,*

Typis JOHANNIS BARTH Cæſ. Reg. Dicaſt. Typogr.

OSZK
34.101/1795
ORSZ. SZÉCHENYI-KÖNYVTÁR
B Növedéknapló
1956 év 1909 sz.
R. 1965
R 2

# Imo.

# ORDINATIONES AULICAE.

Decretum Aulicum ddo. 11mæ Decembris 1794. Nro. Aulico 4499. Bullam quandam Pontificiam, in qua diverſa per Synodum in Piſtoja celebratam definita puncta reprobantur, & principia quoque fors Juribus Majeſtaticis præjudicioſa continentur, nuper in lucem prodeuntem in Regias Ditiones invehi, vel Typis imprimi vetans, ſub Nro. Guberniali 49. dieque 7ma Januarii 1795. Singulis Jurisdictionibus, Librorum Reviſoratui, Sup. Armorum Præfecturæ, Theſaurariatui, & Epiſcopis Tranſylvaniensi, & Fogaraſiensi communicatur.

ddo. 22dæ. Decembris 1794. Nro. Aulico 4612. cautelas adhiberi præcipiens, ne Epidemia in Walachia erumpens in Principatum irrepat, aut propagetur, ſingulis Jurisdictionibus, ſub 13tia Januarii 1795. Nro. Guberniali 147. eo addito intimatur, ut ubivis Locorum ad repentinos mortis caſus attendatur, talesque caſus fortuiti ita, prout morbi ſuſpecti etiam illico proximiori Officiali referantur, ut congrua ad Phyſicum viſitatio inſtitui, omniaque neceſſaria pro re nata disponi poſſint.

ddo. 22dæ Decembris 1794. Nro. Aulico 1587. Collectionem Subſidii Charitativi pro Incolis Oppidi Troſajach in Carniolia incendio damnificatis præcipiens Epiſcopis, Superintendentibus, & ſingulis Jurisdictionibus ſub 15ta Januarii. 1795 Nro. Guberniali 214. intimatur.

Decretum Aulicum ddo. 27mæ Decembris 1794. Nro. Aulico 4627. quo advoluta Declaratio Societatis Macellum Viennenſe procurantis, exponentisque, ſub quibus Conditionibus, quoad ſubminiſtrandam certam pecorum debite ſaginatorum quantitatem Contractum inire velit communicatur, ſingulis Jurisdictionibus pro publicatione, ſub 27ma Januarii 1795. Nro. Guberniali 370. tranſcribitur.

ddo. 29næ Decembris 1794. Nro. Aulico 4662. quo Comes Franciscus Zichi ſub Patria poteſtate conſtitutus pro Prodigo declaratur, inhibeturque, ne eidem amplius quisquam ſeu pecunias, ſeu aliud quidpiam ad creditum dare audeat. Singulis Jurisdictionibus ſub 31ma Januarii 1795. Nro. J. 103. fine publicationis intimatur.

ddo. 8væ Januarii 1795. Nro. Aulico 12. modum exhibendorum per Supplicantes apud Auguſtam Aulam Libellorum præſcribens, medio Circularium ad ſingulas Jurisdictiones ſub 7ma Februarii 1795. Nro. Guberniali 549. exaratarum publicatur.

ddo. 19næ Januarii Nro. Aulico 61. Privilegia de Nautis, & Teloniis ſubmitti præcipiens, ſub 16ta Februarii Nro. Guberniali 671. concernentibus Jurisdictionibus eo fine communicatur, ut altisſimo Juſſui ſatisfaciant.

ddo. 22dæ Januarii Nro. Aulico 110. circa reductionem Taxæ Armalium Litterarum, et Indigenatus ad 1000. florenorum exaratum, per Circulares ſub 19na Februarii Nro. Guberniali 770. & reſpective ſub 11ma Junii Nro. Guberniali 3105. publicatur, & Indigenatum adepti Juramentum Indigenatus depoſituri ad exhibitionem Diplomatum inviantur.

Decre-

Decretum Regium ddo. 3tiæ Februarii 1795. Nro. Aulico 217. circa adæquatam Contributionis Collectionem, congruamque Præſtationum in ſortem Contributionis fiendarum Acceptationem, ac Imputationem exaratum. ſingulis Jurisdictionibus ſub 5ta Martii Nro. Guberniali 1051. ea cum monitione intimatur, quatenus Judices Pagenſes eo invient, ut occaſione, ubi paratam pecuniam Contribuentibus pro præſtitis præjuncturis exſolvendam, in Deputationem Reſtanſtiarum Contributionalium ad manus recipiunt, hanc in præſentia Contribuentium Libris eorum Quietantionalibus, vel Inciſuris illico inferant, Perceptores Regii vero monentur, ut Quietantias particulares poſt inſtitutam eorum cum Generalibus permutationem porro etiam aſſervent, in Dorſo eodem Nro Chronologico connotandas, juxta quem Conſignationi eatenus communicandæ inferentur.

ddo. 19næ Februarii Nro Aulico 426. Obſervationes circa Homines ex exteris Ditionibus, Ruſsia nempe & Polonia, ſine diſtractionis Iconum adventantes præſcribens, ſub 19na Martii Nro. Guberniali 1312. circulariter pulicatur.

ddo. 26tæ Februarii 1795. Nro. Aulico 550. eductionem Frugum in Ditiones Turcicas interdicens, ſubſiſtentemque in Hungariæ Comitatibus penuriam ad omnium Tranſylvaniæ Incolarum notitiam dari, illosque ad ſuperfluas fruges in Hungariam exportandas perſvaderi, emptoribus autem ex Hungaria adventantibus omnem adſiſtentiam præberi demandans, ſub 19. Martii Nro. Guberniali 1376. circulariter publicatur.

ddo. 2-dæ Martii 1795. Nro. Aulico 564. quo Officioſæ Taxæ e Salariis intra 4. Angariarum Terminum



detra-

detrahi jubentur, ſingulis Perceptoribus Regiis, & Jurisdictionibus pro directione ſub 14. Aprilis Nro. Guberniali 1850. intimatur.

Decretum Aulicum ddo. 26tæ Martii Nro. Aulico 764. quo generalis Ordinatio reſpectu Cenſuræ imprimendorum Librorum transmittitur, Librorum Reviſoratus Officio, & Magiſtratibus Civitatum Typographis proviſarum fine inviationis Typographorum ſub 21. Aprilis Nro. 1993. communicatur.

ddo. 30mæ Martii Nro. Aulico 798. quo is, qui imposterum duo ſimul Stipendia e Separatis videlicet Fundationibus levare auſus fuerit, non ſolum illis utrisque privari, beneficioque hocce pro perpetuo indignus declarari, verum una etiam ad incompetenter percepti alterius præfatorum Stipendiorum reſtitutionem irremisſibiliter adigi jubetur, ſub 23. Aprilis Nro. Guberniali 1994. circulariter publicatur.

ddo. 9næ Aprilis 1795. Nro. Aulico 933. Altiſſimam Reſolutionem de ſubmittendis via Recurſus Cauſis Criminalibus ſub 10. Novembris 1794. exaratam republicari jubens, ſub 9na Maii Nro. Judli. 593. ſingulis Jurisdictionibus Jure Gladii utentibus pro ſtricta Obſervantia in memoriam revocatur.

ddo. 20mæ Aprilis 1795. Nro. Aulico 1009. circa celeriorem Criminalium Cauſarum pertractationem emanatum ſingulis Jurisdictionibus ſub 9na Maji 1795. Nro. 611. intimatur, illisque injungitur, ut Cauſas Criminales celerius pertractent, deſuper Protocolla ducant, Delinquentes Squallore Carceris citra eorum culpam macerari ne ſinant, verum conprobata eorum innocentia libertati reſtituant, ut autem ii, qui judicialiter convicti eſſent, promeritæ pænæ eo citius ſubjici posſint ordinandi pro adſiſtentia eorum Fis-



cales

cales in via Recurſus pro vitæ gratia operam eisdem altisſimis Ordinationibus conformem absque mora impendant, ad mortem condemnatis vero ante altisſimæ Reſolutionis adventum pæna judicialiter dictanda non irrogetur.

Decretum Aulicum ddo. 27mæ Aprilis 1795. Nro. Aulico 1059. prævigentes de Materialibus venenoſis non niſi modalitate, & ſub præcautionibus altisſime præſcriptis vendendis ſalutares Ordinationes cum omni rigore obſervari jubens, ſub 23. Maji Nro. Guberniali 669. Circulariter publicatur,

ddo. 7mæ Maji 1795. Nro. Aulico 1259. de recenter introductis Monetis argenteis 12. & reſpective 6. Xr. valentibus emanatum ſub 28va Maji Nro. Guberniali 2670. Circulariter publicatur.

ddo. 21mæ Maji Nro. Aulico 1384. ulteriores Patentales circa inhibendam pecuniæ exportationem in Regnum Galliæ, interdictumque cum eodem Commercium communicans, ſub 12. Junii Nro. Guberniali 2974. Circulariter publicatur.

ddo. 1mæ Junii 1795. Nro. Aulico 1521. Taxam per Opifices domeſticos a peregrinis occaſione Nundinarum anniverſariarum pro occultatione Fabricatorum ſub titulo *Láto-pénz* deſumi ſolitam abrogans, articulosque Cehales ſuper Signatione Fabricatorum in locum uſitatæ hactenus eorum viſitationis ſubſtituenda, ac Taxis ſimilibus abrogandis per Deputationem regnicolarem in Commercialibus elucubratos, ſingulis Opificum Contuberniis pro Norma, & obſervantia extradari præcipiens, ſub 26ta Junii Nro. Guberniali 3274. Circulariter publicatur.

ddo. 8væ Junii 1795. Nro. Aulico 1565. Incolis Hallenſibus Incendio damnificatis per 6. Menſes collectionem ſubſidii Charitativi indultam eſſe notificans,

ſub 2da Julii, Nro. Guberniali 3340. Epiſcopis, Superintendentibus, & ſingulis Jurisdictionibus intimatur.

Decretum Aulicum ddo. 8væ Junii 1795. Nro. Aulico 1609. notificans: in Cancellaria Regia Tranſylvanico Aulica nullos omnino in poſterum acceptandos eſſe Supplices Libellos, niſi iſti altisſime jam præſcripta modalitate, vel per ipſos Supplicantes in perſona, vel per conſtitutos ad antelatam Cancellariam Aulicam juratos Agentes Aulicos effectui illorum invigilaturos ſubſcripti & exhibiti fuerint, atque hinc illos, qui Inſtantias ſuas deinceps beneficio Poſtæ directe ad Auguſtam Aulam promoverent, ſibi ipſis tribuendum habere, ſi eorundem ſupplices Libelli nullo eorundem habito uſu, ſimpliciter ſepoſiti fuerint, ſub 3tia Julii Nro. Guberniali 3451. circulariter publicatur.

ddo. 8væ Junii 1795. Nro. Aulico 1604. præcipiens, ut occaſione Candidationum ſubmittendarum Tabella adnectatur, tam merita, & diuturnitatem Servitiorum candidatorum perhibens, quam annuum Salarium reſtaurandi Officii indigitans, ſub 3tia Julii Nro Guberniali 3480. circulariter ſingulis Jurisdictionibus, Tabulæ Regiæ, Exactoratui, & Commiſſariatui Provinciali publicatur.

ddo. 15tæ Junii 1795. Nro. Aulico 1636. quo præcipitur, ut Nobiles ad Turmam Prætorianam Hungaricam aſſumendi Recomendatorias ſuas via Regii Gubernii ad Auguſtam Aulam promoveant, ſub 16ta Junii Nro. Guberniali 3675. circulariter publicatur.

ddo. 6tæ Auguſti 1795. Nro. Aulico 2270. inferiores Jurisdictiones dum & quando publicandum in Ditionibus Germanicis concurſum inſinuarent, ſimul & expenſarum 2. flor. 50. xr. efficientium Quottam ſub-

ſubmittendas habere præſcribens, ſub 29na Auguſti Nro. Judli. 1402. circulariter publicatur.

Decretum Aulicum ddo. 27mæ Auguſti Nro. Aulico 2573. Normam qualiter exceſſus Filiorum, & Filiarum Militum Limitaneorum in Servitiis apud Provincialiſtas conſtitutorum & ablicentiatorum puniendi ſint, præſcribens, ſub 26ta Septembris Nro. Guberniali 1522. circulariter publicatur.

ddo. 22dæ Septembris 1795. Nro. Aulico 2949. quo Semitarum vetitarum transgreſſores inſtantanee trajiciendi ordinantur, ſub 8va Octobris Nro. Guberniali 5602. circulariter publicatur.

ddo. 28væ Septembris 1795. Nro. Aulico 3041. quo tricesima introductæ Farinæ Sachari pro Raffineriis intra Limites Provinciarum Cæſareo Regiarum ſitis a 1ma Novembris 1795. inchoanda ad 7. flnos a quolibet Centenario elevatur, ſub 22da Octobris Nro. Guberniali 5929. circulariter publicatur.

ddo. 22dæ Junii 1795. Nro. Guberniali 1715. Normam pro exarendatione proventuum publicorum præſcribens, Magiſtratibus Sedium, Diſtrictum Saxonicalium, nec non Civitatum, & Oppidorum Hungaricorum, ſub 30ma Octobris Nro. Guberniali 6117. communicatur.

ddo. 12dæ Octobris 1795. Nro. 3266. Normam præſcribens, in quibus caſibus Perceptoribus Regiis in incasſatione Contributionis Sedulam operam navantibus Clementiæ Regiæ ſigna impertiri posſint, ſub 6ta Novembris Nro. Guberniali 6238. ſingulis Comitatuum Sedium Siculicalium, & Saxonicalium Jurisdictionibus, nec non Magiſtratui Claudiopolitano pro inviandis Perceptoribus perſcribitur.

ddo. 26tæ Octobris 1795. Nro. Aulico 3503. novum Vectigal circa deſummendam Triceſimam ab inductis in Hungariam, & Tranſylvaniam Manufactis, &

 aliis

aliis Productis hæreditariarum Provinciarum communicans, ſub 13tia Novembris 1795. Nro. Guberniali 6307. circulariter publicatur, idemque S. Armorum Præfecturæ, & Theſaurariatui Regio communicatur.

Decretum Aulicum ddo. 15. Octobris 1795. Nro. Aulico 3331. quo præcipitur, ut in caſibus Homicidii viſum repertum, ex quo utpote conſtare poſſit, utrum vulnus interemto inflictum lethale, vel vero adhibita congrua medela ſanabile fuerit, debita modalitate inſtituatur, actisque Proceſſualibus una cum Judicio medico ſemper adnectatur, ſub 14ta Novembris Nro. Judli. 1822. ſingulis Jurisdictionibus pro obſervantia communicatur.

ddo. 22dæ Octobris 1795. Nro. Aulico 3446. quo jubetur, ut ad Proviſiones Pauperum, & Beneficia Noſocomialia, prout ad Cenſus quartiriales deinceps nullæ debitorum prænotationes fiant, nullaque Sequeſtra imponantur, e converſo additamenta, ſeu adjuta ad Perſonas, ad Analogiam ordinariorum Salariorum in dimidietate Sequeſtro Judiciali ſubjaceant, ſub 19na Novembris Nro. Guberniali 6415. ſingulis Jurisdictionibus, Tabulæ Regiæ, Commiſſariatui, & Exactoratui Provincialibus publicatur.

ddo. 19næ Novembris 1795. Nro. Aulico 3835. circa immutatum lintearum reticulatarum, & textarum mercium Portorium emanatum, ſub 10ma Decembris Nro Guberniali 6869. circulariter publicatur.

ddo. 30mæ Novembris 1795. Nro Aulico 3944. Fundos Colonicales per DD. Terreſtres a Colonis ſuis ademtos occaſione rectificationis quolibet Anno conſignari præcipiens, ſub 23tia Decembris Nro. Guberniali 7168. ſingulis Perceptoribus Regiis intimatur.

IIdo.

# IIdo.

# ORDINATIONES GUBERNIALES.

Ddo. 10mæ Januarii 1795. Nro. Guberniali 5. Edictum convocatorium in Cauſa Cridali Barbul Ketánc publicatur.

ddo. 15tæ Januarii 1795. Nro. 170. & 208. Elemosinas per ſex Menſes a 1ma Martii computato Termino colligendi facultatem Incolis Pagi Héjasfalva, & Oppidi Thorda igne damnificatis conceſſum eſſe, publicatur ſingulis Jurisdictionibus, Epiſcopis, & Superintendentibus, idque S. Commiſſariatui P. notificatur, & J. Conſilio Locumtenentiali Hungarico inſinuatur.

ddo. 16tæ Februarii 1795. Nro. 1791. ſingulis Jurisdictionibus intimatur, nimium Selectum in Statutione Tyronum interdictum eſſe, illisque injungitur, ne ad Aſſentationem ſurdos, mente captos, freneticos, Strumoſos, rupturaque laborantes perſonas deduci ſinant.

ddo. 19næ Februarii Nro. 144. Edictum convocatorium in Cauſa cridali Joannis Schneider, & Michaelis Schloſſer publicatur.

ddo. 21mæ Februarii Nro. Judiciali 177. Edictum convocatorium in Cauſa Cridali Lucæ Lillovitsch, & Joanis Biró publicatur.

ddo. 7mæ Martii 1795. Nro. J. 243. Singulis Comitatuum Diſtrictuum, & Sedium Siculicalium Supremis Officialibus committitur, ut Negotia Pupillorum ad

præſcriptum Ordinationum, & novellaris Articuli majori cum exactitudine pertractari curent.

ddo. 24tæ Martii 1795. Nro. 1398. ſingulis Jurisdictionibus, exceptis Sedibus Saxonicis, depuratio Subſidii Belli injungitur.

ddo. 24tæ Martii Nro. 1417. ſingulis Jurisdictionibus planum circa antevertenda nimium invaleſcentia furta per Comitatum Bihár formatum communicatur.

ddo. 11mæ Aprilis 1795. Nro. Judiciali 448. Edictum Convocatorium in Cauſa Cridali Joannis Lukáts publicatur.

ddo. 23tiæ Aprilis Nro. 2116. De curando Morbo Scorbutico Inſtructio per Conſilium Medicum elaborata, & Typis impreſſa ſingulis Jurisdictionibus communicatur.

ddo. 25tæ Aprilis Nro. Judiciali 526. Edictum convocatorium in Cauſa Cridali Dumitru Janka publicatur.

ddo. 2dæ Maji 1795. Nro. 2291. ſingulis Supremis Officialibus injungitur, ut omnem adhibeant Operam, ne per homines, vel pecora frumenta, & prata deſtruantur. 2do Cremati uſtio ex quocunque Frumentorum eſui deſervientium genere interdicitur. 3tio Norma plantationis pomorum terreſtrium Typis excuſa communicatur.

ddo. 8væ Maji Nro. 2314. Taxa Poſtalis in Walachia per Principem ſtabilita pro itinerantium Directione deſervitura Circulariter publicatur.

ddo. 9næ Maji Nro. Judiciali 581. a Jurisdictionibus Comitatuum, Diſtrictuum, & Sedium Siculicalium de uſu in ſubdiviſione communium Terrenorum vigente Informatio depoſcitur.

ddo. 13tiæ Maji Nro. 2349. ſingulis Jurisdictionibus committitur, ut in extirpationem noxiorum Volatilium ſolertem adhibeant Induſtriam.

ddo.

ddo. 15tæ Maji Nro. 2393. Circulariter publicatur e ſubſtantia deſertorum Agazonum ad rem vectuariam militarem conſtitutorum, ſublata Confiscatione huc usque usitata, in genere 30 flor. Ærario pendendos eſſe.

ddo. 22dæ Maji Nro. 2539. Circulariter publicatur, Joſephum Stühler Civem Cibinienſem Novam Machinam Syphonis Incendiarii inveniſſe.

ddo. 23tiæ Maji 1795. Nro. Judiciali 674. Ocyor pertractatio Cauſarum contra exceſſivos filios movendarum, ſingulis Jurisdictionibus injungitur.

ddo. 28væ Maji Nro. 2628. Terminus Licitationis Braxatorii Molæque farinaceæ ad Dominium Kolos Monoſtor ſpectantium publicatur.

ddo. 28væ Maji Nro. 2803. Circulariter pulicatur, nonnullas Comitatui Bihar Incolas adulteratis Thaleris frumenta comparare voluiſſe.

ddo. 3tiæ Junii Nro. 2900. Conſervatio domorum Caſarmalium per Circulares ſingulis Jurisdictionibus injungitur.

ddo. 6tæ Junii Nro. 2967. publicatur Comitem Ludovicum Teleki in clementer ſibi collatam Dignitatem Exactoriæ Præſidis introductum eſſe.

ddo. 11mæ Junii Nro. 3104. ſingulis Jurisdictionibus injungitur, ut a pœnalitate Delinquentes palo infigendi abſtineant.

ddo. 13tiæ Junii Nro. Judiciali 831. Ordinatio ratione prodigalitatis Ludovici Turótzi, ſub Nro. 1633. A. 1793. exarata revocatur.

ddo. 13tiæ Junii Nro. Judiciali 836. Concurſualis Terminus Creditorum Civis Neoſolienſis Beniamini Preiſz publicatur.

ddo. 27mæ Junii Nro. Guberniali 3441. 3442. publicatur B. Andream de Roſenfeld in clementer ſibi col-

latum Officium Conſiliarii Gubernialis, & Supremi Commiſſarii Provincialis introductum eſſe.

ddo. 23tiæ Julii Nro. Guberniali 3930. interdictum de auri extra Provinciam hanc Eductione republicatur.

ddo. 24tæ Julii Nro 3902. ſingulis Jurisdictionibus, & Regiis Perceptoribus demandatur, ut Contributionis rectificationem pro futuro Anno ad Normam, & Cynoſuram Annis præteritis 1793. & 1794. obſervatam illico ſuscipiendam diſponant.

ddo. 8væ Auguſti 1795. Nro. Judiciali 1284. ſingulis Jurisdictionibus committitur, ut pro emergente Caſu, dum a parte militari propter quoscunque Exceſſus Provincialium condigna Satisfactio ſollicitaretur, ſuper ſubſecuta Individuorum Provincialium punitione, pœnæque qualitate concernens Militare Officium edoceant.

ddo. 19næ Auguſti 1795. Nro. 4478. committitur ſingulis Jurisdictionibus, ut juxta uſum a longo tempore prævigentem Incolas rem pecuariam in Walachia tractantes ad Caſeos in rationem Portæ Ottomanicæ ſuppeditandos perſvadere ſatagant.

ddo. 29næ Auguſti Nro. Judiciali 1380. Concurſus Creditorum Mercatoris Devenſis Petri Stoika publicatur.

ddo. 1mæ Septembris 1795. Nro. Guberniali 4932. Supremis Officialibus præcautiones ne Peſtilentiale malum in hunc Principatum irrepat obſervandæ præſcribuntur, Patentalesque Typis excuſæ communicantur.

ddo. 5tæ Septembris Nro. Judiciali 1422. Singulis Comitatuum Sedium Siculicalium, & Diſtrictuum Officialibus intimatur, militarem aſſiſtentiam, ubi neceſſitas poſtularet, de hinc non per privatas Perſonas, ſed per ipſummet Officiolatum a Militari Præfectu-

fectura ſollicitandam eſſe, factaque Diſpoſitio Inclitæ ſupremæ Armorum Præfæcturæ inſinuatur.

ddo. 9næ Septembris Nro. Guberniali 4981. Informationes de procreatione frugum ſubmitti mandantur.

ddo. 1mæ Octobris 1795. Nro. Guberniali 5545. Patentales de proſequendis, & intercipiendis Latronibus Concernentibus, Jurisdictionibus communicantur.

ddo. 2dæ Octobris Nro. Guberniali 5517. Univerſitatibus Comitatuum Sedium Siculicalium, & Diſtrictuum intimatur, ut Reviſioni, & Deciſioni Cauſarum Judicialium, ſignanter autem brevium Proceſſuum ſolertem Operam navare non intermittant.

ddo. 9næ Octobris Nro. 5651. ſingulis Jurisdictionibus cautelæ circa adimendam Judicibus Pagenſibus pecunias Contributionales contrectandi omnem anſam præſcribuntur.

ddo. 9næ Septembris Nro. 5682. Deſumtio Taxæ Vulgo (Susták dicta) per Juſtitiæ Executores a Zingaris Aurilotoribus deſumi ſolita in poſterum deſummenda per Circulares ad ſingulas Jurisdictiones exaratas interdicitur.

ddo. 16tæ Octobris Nro. 5853. Uſtio Cremati e frugibus comeſtibilibus ulterius quoque prohibetur.

ddo. 15tæ Octobris Nro. 5946. ſingulæ Jurisdictiones ad Obſervantiam ſtrictisſimam ſingularum in Negotio præpediendæ luis peſtiferæ præſcriptarum præcautionum admonentur.

ddo. 23tiæ Octobris Nro. 6013. publicatur folia, & arbusculos fruticis Rhus coriaria (Etzet-fa) Gerber oder Eſsigbaum dicti, elaborandis pellibus *Kordovan* dictis apta eſſe, & accomoda.

ddo. 19næ Novembris Nro. 6382. generalis Latronum Viſitatio juxta concinnatam Anno 1792. Nro. 9047. Inſtructionem concernentibus ſupremis Officialibus injungitur.



ddo.

ddo. 21mæ Novembris 1795. Nro. 1881. anterior Ordinatio, quod ſupplices Libelli niſi per Procuratorem, vel Concipientem ſubſcripti fuerint, penes Regium Gubernium non acceptabuntur, denuo publicatur.

ddo. 26tæ Novembris Nro. 6565. Epiſcopis, & Superintendentibus ſingularum Religionum intimatur, in Eccleſiis ſuæ Jurisdictioni concreditis, Deo Omnipotenti pro ſopito malo peſtilentiali publicis precibus grates perſolvendas eſſe.

ddo. 27mæ Novembris Nro. 6635. Circulariter publicatur, quietantias Magazinales de naturalibus ſub Bello Turcico adminiſtratis ſonantes ſolum usque ultimam Junii 1796. aſſumendas fore.

ddo. 28væ Novembris Nro. Judiciali 1903. concurſus Creditorum Andreæ Drechsler Civis Varasdinenſis publicatur.

ddo. 3tiæ Decembris 1795. Nro. 6722. Circulariter publicatur, Inſpectoratum Triceſimalem ſublatum, locoque illius antea vigentia quatuor primaria Triceſimalia Officia Cibinienſe, Coronenſe, Claudiopolitanum & Devenſe in Activitatem ante erectionem Triceſimalis Adminiſtrationis præhabitam repoſita eſſe.

ddo. 19næ Decembris Nro. Judiciali 2031. Concurſus Creditorum Gregorii Burnas Civis Eliſabethopolitani publicatur.

ddo. 23tiæ Decembris Nro. 7173. ſingulis Jurisdictionibus committitur, ut ægiptiacos Zingaros ubivis locorum reperiendos, intercipi curare, & per proximum paſſum in turcicas Ditiones eliminare noverint, factæque Diſpoſitiones Inclitæ ſupremæ Armorum Præfecturæ perſcribuntur.

ddo. 30mæ Decembris Nro. 7293. Circulariter publicatur, quæſtores Stygmata Commercialia mercibus

Hæ-

Hæreditariis Germanicis appreſſa conſervanda habere, ſine Stygmatibus enim merces reinviari nequirent.

ddo. 31mæ Decembris Nro. 7349. ſingulis Comitatuum, Diſtrictuum, & Sedium Siculicalium Officialibus committitur, ut in adornandis fundorum Contributioni Obnoxiorum a Colonis ademptorum conſignationibus ſub propria Regiorum Perceptorum reſponſabilitate congruam adhibeant accurationem, ſecus ſi errores irrepſerint, ad ipſorum Expenſas Commiſſarii Inveſtigatores exmittantur.

# IIItio.

# DESCRIPTIONES PERSONALES.

Nro. 8331. Anno 1794. Famoſi Jacobini Clerici Secularis Kolantay.

--- 384. Homicidæ Rupa Juon.

--- 601. Profugi Proviſoris Baroniſſæ Thereſiæ Bánffi Caſpari Sárdi.

--- 1022. Mariæ Palatka maritum ſuum Demetrium Páſtor perfide deſerentis.

--- 1014. Profugi Samuelis Bányai Proviſoris Joſephi Baranyai.

--- 1826. Profugi Joannis Petrás Dominii Montis Claudii e Poſſeſſione Potok Decimaliſtæ.

--- 2125. Deſertoris Joannis Irimias ex Regimine nomen Auguſtiſſimi Imperatoris gerente.

Nro. 2275. Profugi Joſephi Grund.

--- 2394. Deſertorum Botta Péter, Georgii Kováts, Von Lang, Georgii Brintzar ex Regimine Splenyiano.

--- 2268. Profugorum Tyronum Johanis Ruka, Samuelis Nangg, & Andreæ Czintzeri.

--- 2272. Deſertoris Tyronis Vontz Papp.

--- 3040. Deſertorum Militum Joſephi Patakfalvi & Georgii Kotsis ex Cohorte voluntariorum Vurmſeriana.

--- 3465. Deſertoris Martini Luts Tormentarii e fortalitio A. Carolinenſi profugi.

--- 3572. Saræ Fazakas profugæ Uxoris & Complicis Martini Kanyo.

--- 3466. Deſertoris Militis Petri Tzele de Regimine Splenyiano,

--- 3563. Joanæ Vadkerti maritum ſuum perfide deſerentis.

--- 4136. Deſertorum Joſephi Jósa, & Petri Kripán ex Regimine Devinsiano.

--- 3772. Evæ Bajak e publico Ergaſtulo efugientis.

--- 4284. Profugi Ladislai Szabó alias Jakob.

--- 4488. Martini Harmas Uxorem deſerentis.

--- 4762. Deſertoris Tsutorka Tsuran ex Regimine Splenyiano.

--- 4952. Irimæ e Carceribus Nagy-Banyaienſibus profugi.

--- 5227. Profugi Farkas de Homicidio ſuſpecti.

--- 5123. Helenæ Ökrös cum duabus filiabus, & Andrea Tarisnya profugæ.

--- 5948. Joanis Braſſai profugi Famuli quæſtoris Claudiopolitani Voikovits.

--- 5684. Profugorum famulorum Joanes Mólnár, & Antonii Rutkai.

Nro.

Nro. 5881. Profugi Malefactoris Martini Szabó.

— 5834. Samuelis Demiamini Roſzner cum pretio vini a Cive Barthphenſi Andrea Halaváts contracti profugi.

— 5995. Joanis Jakobi Mayer Horologiarii Debreceni-enſis.

— 5860. Profugi Agazonis Gabrielis Czenka.

— 6394. Rerum 19na Septembris Matthiæ Veiſs Mercatori quinque Eccleſienſi furto ablatarum.

— 6334 Deſertoris Nicolai Szabó ex Regimine Blankenſteiniano.

— 6296. Profugi Sigismundi Dióſzegi Proviſoris Samuelis Tornya.

Georgius C. Bánffi m. p.
Gubernator.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

L.S.

Joannes Sándor m. p.
*Secretarius.*

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

ORSZ. SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR

OSZK

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

34101
A VÁCI KEGYES TANITÓRENDI TÁRSHÁZ szám 5. fiók 22 HÁZI KÖNYVTÁRA

# EXTRACTUS
## CHRONOLOGICUS
ALTISSIMARUM REGIARUM & GUBERNIALIUM
## ORDINATIONUM
IN
## M. PRINCIPATU TRANSYLVANIÆ
PRO
SINGULORUM OBSERVANTIA
CIRCULARITER PUBLICATARUM
## ANNO 1794.

F. II.

*CLAUDIOPOLI,*

Typis JOHANNIS BARTH Cæſ. Reg. Dicaſt. Typogr.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár
34.101/1794
ORSZ. SZÉCHENYI-KÖNYVTÁR
B Növedéknapló
1956 év 7911 sz.
R 1965

# Imo.

# ORDINATIONES AULICAE.

Decretum Regium ddo. 11ma Decembris Nro Aulico 4477. 1793. Profugos Bello Captos Officiales Gallos, Capitaneum utpote rei Architectoriæ militaris Bouvier, Primarium Locumtenentem Sarrade, Capitaneum Cullier, & Sublocumtenentem Manuel, perquirendos, & inventos proximiori Militari Præfecturæ transponendos eſſe præcipiens, ſub 4ta Januarii 1794. Nro Guberniali 10211. 1793. circulariter publicatur.

ddo. 28va Decembris 1793. Nro Aulico 4641. notificans curſum poſtalem Vienna Conſtantinopolim usque, per Cibinium Paſſum Rubræ Turris verſus Bukareſtinum inviatum eſſe, & præter ſimplices literas miſſiles nihil voluminoſum, aut pecunia aurea, vel argentea oneratum promoveri poſſe, publicatur circulariter ſub 14ta Januarii 1794. Nro Guberniali 343. communicatur etiam ſupremæ Armorum Præfecturæ. Theſaurariatui R. & ſupremo Poſtarum Præfecto.

ddo. 15tæ Januarii Nro Aulico. 79. a. c. intimatur quod Agentiæ Cæſareo Regiæ Bukareſtienſi, ac Principi Wallachiæ intermediatio ſuper eo reſervata habeatur, ut occaſione venditionis Ovium, & Caſeorum, quæ Incolis Tranſylvanicis hunc quæſtum exercentibus tenore peculiaris ordinationis Portæ Ottomanicæ (Ferman) de 4ta Octobris 1786. emanatæ libera eſt, partes contrahentes ad æquas Conditiones in-

inducantur fine eo, ne in ejusmodi venditione ſeu pretia nimis vilia ab emptoribus obtrudantur, ſeu nimium elevata, per venditores exigantur, ſimulque jubetur, ut Proprietarii Ovium Culturam in Walachia exercentes de hac diſpoſitione in emolumentum eorum exoperata inſtruantur, & de exacta observantia ſimilium Contractuum, ac cavendis quibusvis altercationibus moneantur. Quæ ordinatio ſub 6ta Februarii Nro. Guberniali 730. ſingulis Jurisdictionibus, pro inſtituenda publicatione comunicatur.

ddo. 15tæ Januarii Nro. Aulico 80. virtute cujus Turcici ſubditi ſe ſe in Principatu ſtabilire volentes eo inſtrui præcipiuntur, quod ipſorum receptio in hujatibus provinciis, uſusque Jurium ac emolumentorum cum aliis Cæſareo Regiis ſubditis communium iisdem concedetur, aſt in ditionibus Turcicis, nec Protectio Cæſareo Regia, neque Prærogativa Cæſareo Regiorum Subditorum ipſis impertiri posſit. Sub 6ta Februarii 1794. Nro. Guberniali 731. ſingulis Jurisdictionibus pro publicatione perſcribitur.

ddo. 15tæ Februarii Nro. Aulico 357. præſcribens delinquentes Criminali proſecutioni ſubjectos ſub pæna Legibus dictata pro lubitu per Officiales non eſſe dimittendos, verum Reviſiones, & Deciſiones Cauſarum Criminalium omni poſſibili modo accelerandas, & ſumma cum attentione pertractandas eſſe. Foris denique criminalibus a mutilatione membrorum, in futurum penitus abſtinendum eſſe, ſub 8va Martii Nro. Guberniali Judiciali 375. publicatur & J. Tabulæ Regiæ, item Univerſitati Nationis Saxonicæ communicatur.

ddo.

ddo. 12dæ Martii Nro. Aulico 890. interdictum, ne ad Salaria Officialium inhibitiones ſupra medietatem diſponantur, & acceptentur, iterato vigorans, publicatur ſingulis Jurisdictionibus ſub 4ta Aprilis Nro. Guberniali 2177. Tabulæ item Regiæ, Commiſſariatui, & Exactoratui Provinciali notificatur.

ddo. 16tæ Aprilis Nro Aulico 1552. eductionem omnis generis armorum, quæ ſub Nomenclatione neceſſitatum belli comprehendentur verſus Poloniam usque ad ulteriores ordinationes prohibens, ſub 9na Maji Nro. Guberniali 3000. per univerſum Principatum publicatur.

Reſcriptum Regium ddo. 16ta Aprilis Nro. Aulico 1548. altiſsimam Reſolutionem continens, ut in depromendis votis & formandis Concluſis, Univerſitates Comitatuum & Sedium Siculicalium ſemet Articulis Novellaribus 11mo & 12mo, Anno 1791. conditis, ſtricte conforment, ſingulis Univerſitatibus Comitatuum & Sedium Siculicalium ſub 15ta Maji Nro. Guberniali 3139. intimatur.

Decretum Regium ddo. 23tiæ Aprilis Nr. Aulico 1679. quo Falcium, Meſſoriarum, & aliorum utenſilium ferreorum, e quibus arma præparari poſſunt, eductio cum provocatione ad Ordinationem, ſub Nro. 3000 die 9na Maji publicatam prohibetur, ſub Nro. Guberniali 3494. ddo. 30mæ Maji per Univerſum Principatum publicatur.

ddo. 29mæ Martii Nro. Aulico 1200. quo Jurisdictionibus Jure Gladii proviſis mandari jubetur, ut circa Sententias Criminales ad pœnam Corporis afflictivam ferendas attendant, ne illæ humanitatis limites, præſcriptasque Regulas directivas ſuperent, neve Caſtigatio mortis excedat pœnam, verum ſi Convicti ad plures ictus condemnarentur, Numerus

ictuum ad trimeſtralem, Semeſtralem, aut annualem Terminum repartiantur, ſub 26ta Aprilis Nro. Guberniali Judiciali 666. publicatur.

ddo. 14tæ Maji Nro. Aulico 2008. Typographis in hæreditariis Provinciis ſive Germanicis, aut Hungaricis, in Præjudicium & damnum primi impreſſoris Typographi Librum reimprimere interdicens, ſub 6ta Junii Nro. Guberniali 3687. omnibus Jurisdictionibus pro publicatione comunicatur.

ddo. 21mæ Maji Nro. Aulico 2099. eductionem Cutium Vaccinarum, Bovinarum, Vitulinarum, & Equinarum tam crudarum quam elaboratarum ad exteras ditiones per unius Anni intervallum interdicens, ſub 13tia Junii Nro. Guberniali 3915. publicatur circulariter.

ddo 24tæ Maji Nro Aulico 2141. quo, cum juxta Tractatum Syſtovienſem cum Porta Ottomanica concluſum res Comercialis in ſtatum, quo ante 9na Februarii 1788. diem utpote declarationis belli reponenda eſſet, præexiſtentes eatenus altiſsimæ Ordinationes republicari jubentur, ſingulis Jurisdictionibus una cum B. Reſcripto R. die 8va Aprilis 1769. in ſubſtrato exarato pro ſtricta obſervantia, & directione ſub 1ma Junii Nro. Guberniali 3918. comunicatur, factæque Diſpoſitiones J. Theſaurariatui Regio inſinuantur.

ddo. 31mæ Maji Nro. Aulico 2270. ſubſidium bellicum per JJ. Status & Ordines oblatum, & nondum adminiſtratum quantocyus adminiſtrari jubens, omnibus Jurisdictionibus ſub 20ma Junii Nro. Guberniali 4077. pro procurando effectu perſcribitur.

ddo. 7mæ Junii Nro. Aulico 2351. Nundinas in foro Civitatis Medienſis, pro diſtractione Canabis, Lini, & filorum hucdum 21ma Februarii celebrari ſolitas

in

in diem Jovis ante feſtum Sancti Michaelis translatas eſſe notificans, Magiſtratui Sedis Medienſis & advicinantibus Circulorum Jurisdictionibus, ſub 3tia Julii Nro. Guberniali 4270. pro inſtituenda publicatione intimatur.

ddo. 11mæ Junii Nro Aulico 2437. Opulentioris Nationis Gallicæ Negotiatores Smirnæ commorantes ſe ſe ſub protectionem Potentiarum in præſenti bello fœdere junctarum recepiſſe notificans, ſub 3tia Julii Nro. Guberniali 4266. liberis Regiisque Civitatibus comunicatur, pro inſtruendis Negotiatoribus, & publicis Ephemeridibus inſeritur.

ddo. 21mæ Junii Nro Aulico, 2512. ad ſubſecuturam usque novam triceſimalem Regulationem, Pelles crudas vel aliqua ſaltem in parte elaboratas in Ditionibus Hungaricis procreatas; Pellibus ex integro elaboratis in Inductione æquiparandas eſſe determinans, ſub 1ma Julii Nro. Guberniali 4471. per Univerſum Principatum publicatur.

ddo. 2dæ Julii Nro. Aulico 2634. quo Terminus annualis prohibitæ evectionis Coriorum ad exteras Provincias in B. Decreto 1ma Maji a. c. Nroque Aulico 2099. ſtabilitus, ad indeterminatum tempus protenditur, parique ratione evectio Gallarum etiam eo usque interdicitur, donec harum pretium ad 2 florenos a quavis Metreta decreverit, publicatur circulariter ſub 24ta Julii Nro. Guberniali 4796.

ddo. 9næ Julii Nro Aulico 2722. interdictam Coriorum evectionem in exteras duntaxat Provincias non vero e Ditionibus hæreditariis Germanicis in Regnum Hungariæ & M. Principatum Tranſylvaniæ vetitam eſſe declarans, ſub 1ma Auguſti Nro. Guberniali 5049. circulariter publicatur.

ddo. 9næ Julii Nro. Aulico 2764. Formulare ſpecificationis Individuorum ad Nobilem Turmam Prætorianam repræſentandorum communicans, Jurisdictionibus, quæ talia Individua proponenda habent, ſub 1ma Auguſti Nro. Guberniali 5051. pro Obſervantia publicatur.

ddo. 12dæ Julii Nro. Aulico 2763. Perceptoribus, quavis angaria ſuper progreſſu Collectionis tam currentis quanti, quam Reſtantiarum, quid item per quamlibet Communitatem præſtandum fuerit, quid porro præſtitum ſit, quidve reſtet, ſpecialem Demonſtrationem Circulorum Officialibus, & Magiſtratibus exhibendam eſſe jubens, & in quibus caſibus Remuneratio Perceptoribus pro Collectione Reſtantiarum elargienda ſit præſcribens, ſingulis Jurisdictionibus & Perceptoribus ſub 7ma Auguſti 1794. Nro. Guberniali 5131. pro exacta obſervantia communicatur.

ddo. 16tæ Julii Nro. Aulico 2839. prævigentes quoad immediatam militum etiam Invalidorum delinquentium ad manus proximæ militaris Præfecturæ extradationem altiſsimas Ordinationes republicari jubens, ſub 2da Auguſti Nro. Guberniali Judiciali 1340. ſingulis Jurisdictionibus pro ſtricta Obſervantia circulariter intimatur.

ddo. 23tiæ Julii Nro. Aulico 2892. licentiam verſus Wallachiam & Moldaviam itinerandi non niſi individuis, de quorum reditu & fidelitate nullum versátur dubium, concedendam eſſe præſcribens, ſub 14ta Auguſti Nro. Guberniali 5284. ſingulis Jurisdictionibus pro exacta obſervantia intimatur.

B. Reſcriptum Regium ddo. 23tiæ Julii Nro. Aulico 2940. generalia trium Nationum M. Principatus Tranſylvaniæ Partiumque eidem incorporatarum Comitia

more

more conſveto celebranda ad diem 20mum Septembris a. c. in Liberam Regiamque Civitatem Claudiopolim indicuntur, quo ſuper ſub 2da Auguſti Nro. Guberniali 5204. expediuntur Regales ad Univerſas Jurisdictiones, quæ medio ſuorum Deputatorum ex præſcripto legum Comitiis intereſſe debent, & fiunt etiam reliquæ neceſſariæ diſpoſitiones.

Decretum Regium ddo. 19næ Julii Nro. Aulico 2882. quo mandatum prohibitorium de 31ma Octobris a. pr. Nr. 1687. ne Principi Nicolao Juniori Eſzterházi pecunia mutuo detur, rebus jam explanatis, revocatur, circulariter ſub 23tia Auguſti Nro. Guberniali Judiciali 1443. publicatur.

ddo. 21mæ Auguſti Nro. Aulico 3332. Suam Majeſtatem Sacratisſimam præfixum terminum celebrandorum Comitiorum ſub 2da Auguſti Nro. Guberniali 5204. promulgatum ad 11mum Novembris a. c. clementer differre dignatam eſſe notificans, ſub 30ma Auguſti Nro. Guberniali 5852. omnibus Jurisdictionibus intimatur.

OSZK Országos Széchényi Könyvtár

ddo. 1mæ Septembris Nro. Aulico 3399. quoad antevertendas Peregrinorum in Cæſareo Regiis Ditionibus intinerantium quascunque Machinationes ordinatur:

Officiales Triceſimales in Confiniis Conſtitutos Paſſualibus a quocunque extraneo adveniente repetitis ſuum *Vidit* cum Subſcriptione nominis apponendum, ſubindeque itinerantes monendos habere, ut via recta ſe ſe ad locum in paſſualibus defixum conferant, ubi, quam primum Itinerantes appulerint, Paſſuales ab iis deſſummendæ, ac Gubernio Regio transponendæ erunt, quod ipſis diſceſſuris vel exhibitas Paſſuales reſtituet, vel pro rerum Circumſtantiis alias Paſſuales extradabit, quæ Ordinatio

ſub 26ta Septembris Nro. Guberniali 6358. Circulariter publicatur.

ddo. 1mæ Septembris Nro. Aulico 3423. in advenientes extraneos præſertim Gallos ſollicite invigilandum, homines vel ſine, vel cum ſuſpectis Paſſualibus Circumvagantes, vel Suſpicioni obnoxios detinendos, remque illico ad Regium Gubernium referendam eſſe præſcribens, ſub 26ta Septembris Nro. Guberniali 6362. Circulariter publicatur.

ddo. 9næ Septembris Nro. Aulico 3490. Suam Majeſtatem ex Conſideratione tenuis admodum Procreationis frugum hoc Anno ſe ſe exerentis, omnem frugum eductionem ad exteras Provincias interdicere dignatam eſſe perſcribens, Circulariter publicatur ſub 26ta Septembris Nro. Guberniali 6365.

ddo. 11mæ Septemberis Nro. Aulico 3564. Conſignationem Captivorum quorundam Officialium Gallicorum Profugorum ſine interceptionis, fiendæque ad Militare reſignationis comunicans, ſub 10ma Octobris Nro. Guberniali 6732. circulariter publicatur.

ddo. 29næ Septembris Nro. Aulico 3783. Patentales de interdicto Comercio cum Regno Galliæ, ad præcavendam pecuniæ exportationem communicatas publicari jubens, ſub 23tia Octobr. Nro. Guberniali 6979. cum Typis impreſſis Exemplaribus in univerſum Principatum promulgatur.

ddo. 23tiæ Octobris Nro. Aulico 4023. doloſum luſum *Biribits* nuncupatum, & alios ſimiles luſus ſeveriſſime interdicendos præcipiens, circulariter ſub 19na Novembris Nro. Guberniali 7565. publicatur.

ddo. 13tiæ Novembris Nro. Aulico 4246. Triceſimam pro Uricella cruda, & Tinctura exinde fabricata determinans ſub 12da Decembris Nro. Guberniali

8037.

8037. circulariter publicatur, & J. Theſaurariatui Regio communicatur.

Reſcriptum Regium ddo. 10mæ Novembris Nro. Aulico 4198. Proceſſus Criminales per dictatam mortis pœnam deciſos, in quantum Leges appellationem non admittent, penes Recurſum in Originali Regio Gubernio exhiberi, & adjecta Opinione Suæ Majeſtati ſubmitti præcipiens, ſub 6ta Decembris Nro. Guberniali Judiciali 2021. ſingulis Jurisdictionibus & Supremis Officialibus pro ſtrictisſima Obſervantia intimatur.

# IIdo.

# ORDINATIONES GUBERNIALES.

Ddo. 4tæ Januarii 1794. Nro 10251. 1793. Tutores ad exactam obſervantiam prævigentium Ordinationum Orphanos in Nativa, non autem in alia Religione educari præcipientium, inviandos eſſe ſingulis Jurisdictionibus intimatur.

ddo. 14tæ Januarii Nro. 209. 1794. Ordinatio ſub 2da Maji 1793. Nro. 3515. circa præcautiones in extradandis Paſsualibus Incolis in Wallachiam emigrare volentibus obſervandas exarata in memoriam revocatur, Conſignatioque Emigrantium & Revertentium exhiberi jubetur.

 ddo.

ddo. 16tæ Januarii Nro. 264. circulariter publicatur, diſpoſitum eſſe; ut Individua ſe ſe ob metum militiæ mutilantia, etiamſi ad rem vecturariam, aut tormentariam apta haud eſſent, per Statum Militarem tamen haud dimittantur, verum Provinciali pro irroganda promerita pœna transponentur.

ddo. 6tæ Februarii Nro. 754. ſingulis Jurisdictionibus præexiſtentes circa præpediendam arbitrariam Contributionis Inflictionem, objectorumque Contributioni obnoxiorum celationem Ordinationes, eo addito, in memoriam revocantnr, ut peracta Rectificatione, nullæ arbitrariæ Immutationes, Inflictiones, ſeu in ære, ſeu in Naturalibus fiant, Rationes Pagenſes annuatim reddantur, & conſerventur, provideaturque ut promanantes difficultates tempeſtive dilucidentur.

ddo. 17mæ Februarii Nro. 1096. Conductionem Militum Equeſtrium, durante Statutione Tyronum, per Conſilium Aulico Bellicum interdictam eſſe ſingulis Jurisdictionibus intimatur.

ddo. 22dæ Februarii Nro. 265. Judli. ad Bona Sigismundi Gerendi, & Matris Suſannæ Sarádi tanquam prodigorum pecunias mutuare interdictum eſſe Singulis Jurisdictionibus pro inſtituenda Publicatione intimatur.

ddo. 1mæ Martii Nro. 289. Judli. Singulis Jurisdictionibus intimatur, cum Sigismundo Raksányi, & Uxore ſua Roſalia György tanquam prodigis ratione Bonorum contrahere, aut eisdem quidpiam mutuare ſub amisſione Summæ interdictum eſſe.

ddo. 14tæ Martii Nro. 1838. Inſtructio pro Inveſtigatoribus Commiſſariis Anno 1786. præſcripta denuo ſingulis Jurisdictionibus pro obſervantia transmittitur.

ddo.

ddo. 22dæ Martii Nro 1931. ſingulis Juriſdictionibus intimatur: Expulſionem Setigerorum in Regiones exoticas erga præſcriptarum competentiarum præſtationem unicuique liberam concedendam eſſe.

ddo. 28væ Martii Nro. 2197 Supremis Comitatuum, Sedium, Diſtrictuumque Officialibus injungitur, ut tam Poſeſſores ſuæ Jurisdictioni ſubjectos, quam Communitates ad ſollicitam Sylvarum ſuarum curam adſtringant, ne in iis per ignes excitatos damnum emergat.

ddo. 16tæ Aprilis Nro. 2550. ſingulis Jurisdictionibus, & J. Tabulæ Regiæ intimatur pro publicatione, Memorialia niſi Nomina concinnatoris ſuperſcripta eſſent, per Jurisdictiones & Fora acceptanda haud eſſe.

ddo. 22dæ Maji Nro 2916. Inſtructio in puncto Collectionis quanti Contributionalis, Acceptationis, item præſtationum, & imputationum in ſortem Contributionis fiendarum ſingulis Jurisdictionibus pro obſervantia transponitur.

ddo. 6tæ Junii Nro. 3783. in Rationem combuſtorum Civium Coronenſium, &

ddo. 6tæ Junii Nro. 3803. & 3839. in rationem combuſtorum A. Szombathfalvenſium, & Incolarum Pagi Vallendorff Collectionem Elemosynarum indultam eſſe, ſingulis Jurisdictionibus notificatur.

ddo. 7mæ Junii Nro. Judli. 975. Franciſco Rettegi qua Prodigo mutuo dare interdicitur.

ddo. 12dæ Junii Nro. 3646. circa præpediendam irruptionem noxiarum Locuſtarum Jurisdictionibus Locis Wallachiæ vicinis inviatio datur.

ddo. 20mæ Junii Nro. 4032. ſingulis Jurisdictionibus, & Epiſcopis committitur, ut Juvenes Armorum gerendorum capaces ad ſpontaneam Statutionem penes favorum in eo conceſſorum ſpontaneis Tyronibus applacidatam declarationem incitent.

ddo. 21mæ Junii Nro 4161. modus ſubmittendi Aſſecuratorias, & Ceſſionales in depurationem Subſidii bellici deſtinatas, nec non Quietantias de adminiſtratis Naturalibus, & ſtatutis Equis obtentas ſingulis Jurisdictionibus præſcribitur.

ddo. 10mæ Julii Nro 4427. ſingulis Jurisdictionibus publicatur in Wallachia ob univerſalem hujus Anni Siccitatem magnam chariſtiam præmetuendam eſſe.

ddo. 14tæ Julii Nro. Judli. 982. ſingulis Jurisdictionibus injungitur, ut in caſibus, ubi de prodigalitate alicujus decernendum ſit, ſemper is, qui prodigalitatis arguitur, ad Univerſitates Congregationum, ubi is principaliora Bona habet, aut Jurisdictionem ſuam citatus audiatur, tandemque Relatio Gubernio ſubmittatur.

ddo. 17. Julii Nro. 4630. circulariter publicatur: injunctum haberi ſingulis Ferri Depoſitoriis, ut inter cætera Fabricata etiam de congrua Falcium meſſoriarum quantitate provideant, pretiumque harum Falcium determinetur.

ddo. 21mæ Junii Nro. Judli. 1050. Ladislaus Jako pro Prodigo declaratur, eique quidquam mutuare interdicitur.

ddo. 11mæ Julii Nro 4646. Popæ ex vicina Walachia, & Moldavia intrantes, Superſtitiones inter Populum ſpargentes ab ingreſsione arceri, per vias occultas ingreſsi autem intercipi per Circulares ad ſingulas Jurisdictiones exaratas jubentur.

ddo. 25tæ Julii Nro 4846. ſingulis Jurisdictionibus intimatur, ut occaſione Conſcriptionis Agazonum Militarium attendant, ne talia Individua pro Agazonibus conſcribantur & aſſententur, quæ gerendis ſervitiis militaribus campeſtribus apta ſunt.

ddo. 26tæ Julii Nro. Judl. 1270. per Circulares prohibetur, ne B. Mariæ Josika C. Joſepho Gyulaianæ pecunia mutuo detur.

ddo. 31mæ Julii Nro. 4911. ſingulis Jurisdictionibus injungitur, ut Limitaneos Litteris Paſſualibus haud proviſos, ſicubi deprehenderentur, illico ad Regimen ſuum remittant, illosque in Locis provincialibus commorari ne patiantur.

ddo. 2dæ Auguſti Nro. Judli. 1310. in caſibus abjurationis pecorum, ac conſtituendorum evictorum, inviatio ſingulis Jurisdictionibus datur.

ddo. 7mæ Auguſti Nro. 5090. deſumptio mulctæ pecuniariæ a Plebe contribuente, Magiſtratibus, Sedium & Diſtrictuum Saxonicalium interdicitur.

ddo. 7ma Auguſti Nro. 5139. modalitas Decimationis Apum circulariter publicatur.

ddo. 14tæ Auguſti Nro. 5345. Collectio Elemosynarum pro Incolis P. Apátza incendio damnificatis circulariter ordinatur.

ddo. 16tæ Auguſti Nro. Judli. 1413. ne Famuli, niſi Heros ſuos comitantes, aut in eorum negotio miſſi poſt horam legalem frameati incedant, in Cauponas autem nunquam frameati ſe conferant, circulariter publicatur.

ddo. 22dæ Auguſti Nro. 5493. Fiſcales in objectis Proventus Fiſci Regii tangentibus per Decimarum Commiſſarios requiſiti partibus ſuis adeſſe debere circulariter ordinatur.

ddo. 29næ Auguſti Nro. 5736. Senſus altiſſimæ Ordinationis Regiæ, de non exigendis a Siculis Statum Eccleſiaſticum ambire volentibus de renunciatione Hæreditatum ſuarum Reverſalibus, neve illis a frequentatione Scholarum arcendis 22dæ Junii Anno 1793.

emanatæ Univerſitatibus Sedium Siculicalium & Conſiſtoriis pro publicatione ſignificatur.

ddo. 29næ Auguſti Nro. 5757. Collectio Elemosynarum pro combuſtis Incolis P. Nethus ordinatur.

ddo. 4tæ Septembris Nro. 5770. Ordinatio de proviſione, & pretio Falcium Meſſoriarum ſub 17ma Julii a. c. Nro. Guberniali 4630. exarata, ulterius explicatur.

ddo. 4tæ Septembris Nro. 5927. & 19. Septembris Nro. 6235. Conditiones circa Conductionem Spontaneorum Tyronum ſub 20ma Junii Nro. 4032. publicatæ, per nonnullos haud adæquate interpretatæ, explicantur.

ddo. 17mæ Septembris Nro. 6037. de objectis a Contributione celatis, tam pro præterito, quam Anno currenti, Inveſtigatio peragi, & ſubmitti demandatur.

ddo. 20mæ Septembris Nro. Judli. 1618. Samuel Zolga, pro prodigo per editos Circulares Ordines declaratur.

ddo. 27mæ Septembris Nro. 1668. Interdictum ne Quæſtores ullo ſub prætextu Materialia venefica vendere præſummant, ſub Nro. 1084. & 9na Febr. 1793. publicatum, denuo Circulariter publicatur.

ddo. 10mæ Octobris Nro. 6702. Collectio Elemosynarum pro combuſtis Incolis Pagi Apesdorff ordinatur.

ddo. 10mæ Octobris Nro. 6753. Ordinatio de reinviandis, & intercipiendis Monachis e Ditionibus Ottomanicis adventantibus, ſub 11ma Julii a. c. Nro. Guberniali 4646. publicata reiteratur.

ddo. 7mæ Novembris Nro. 7275. Collectio Elemosynarum pro combuſtis Incolis Pagi Kereſztényfalva ordinatur.

ddo.

ddo. 24tæ Novembris Nro. 7761. Hiſtriones et Funambulones e Principatu amovendos eſſe Circulariter ordinatur.

ddo. 5tæ Decembris Nro. 7863. Luem peſtiferam in Gyergyova erupiſſe, Contumaciamque ad 10. Dies elevatam eſſe circulariter publicatur.

ddo. 11mæ Decembris Nro. 7982. Ordines Principis Wallachiæ, circa deſummendas a Pecoribus in Wallachiam hibernandi fine expulſis Taxas circulariter publicatur.

ddo. 12dæ Decembris Nro. 8050. Circulares de non admittendis Limitaneis ad domiciliationem inter Provincialistas, ſub 31ma Julii Nro. Guberniali 4911. emanatæ ſingulis Jurisdictionibus in memoriam revocantur.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

# IIItio.

# DESCRIPTIONES PERSONALES.

Nro. 62. Neo ruſticorum Pusi, Luiſi, & Szöts Kováts, alias Josephi Miko e Carceribus Claudiopolitanis profugorum.

— 1626. Dselekutyán, vel Dsekutyár Sándru, Militem Petka Riſtu ſecuri trucidantis.

— 1988. Malefactoris Georgii Joannis, & Gregorii Szilágyi.

— 2217. Francisci Fogarasi, e Legione Velitum Archiducis Leopoldi deſertoris.

Nro. 2683. Aoran Gyiorgel Incolæ Sibothienſis Homicidæ.

--- 2743. Ladislai Szabadi e Legione Velitum Archiducis Leopoldi deſertoris.

--- 2746. Josephi Villner Rationum Ductoris Regiminis Ducis Ferdinandi.

--- 2770. Jano György, Márton Sigmond, & Bogyo Boritza ex Aula Josephi Gabai Zingarorum profugientium.

--- 3559. Ladislai Préda e Carceribus Sedis Csik profugi Delinquentis.

--- 3717. Equorum Civitati Debretzenienſis deperditorum.

--- 3750. Equorum propter ſuſpectionem furti a Stephano Szabó per Magiſtratum Debretzenienſem Judicialiter ademptorum.

--- 3904. Fœminæ cujusdam e pago Bohemico Hazin profugæ.

--- 4167. Rerum, quæ poſt mortem ignotæ fœminæ Sopronii deprehenſæ ſunt.

--- 4324. Coman Manta, & Simeonis Roſu e Legione Velitum A. Ducis Leopoldi deſertorum.

--- 4399. Josephi Pitter Supremi Rei Tormentariæ Inſpectoris ex Arce Budenſi profugientis.

--- 5119. Gabrielis Kotsis e Pago Köallya conjugem ſuam Buts Anutza perfide deſerentis.

--- 5637. Nemes Vaſzilie profugi Agazonis B. Volffgangi Kemény.

--- 5677. Keresi alias Moldovan, ſeu Csurdár Togyer e Servitio Volffgangi Guthy profugientis.

--- 5698. Francisci Molnár e Legione Velitum A. Ducis Leopoldi deſertoris.

--- 6080. Philemonis Molnár Ephebi Viduæ Michaelis Jabrotzki cum filia ſua Josepha Jabrotzki elabentis profugi.

--- 6198. Caſpari Sárdi Proviſoris Viduæ Caroli Domokos.

Nro.

Nro. 6345. Simonis David e Legione Velitum A. Ducis Leopoldi deſertoris.

--- 6997. Auguſtini Volff Proviſoris quantam Comitis Josephi Andrásy in Oppido Laithafalu cum Uxore & Familia ſua profugientis.

--- 7066. Michaelis Kertéſz, Georgii Hayser, & Joen Kertzerosan Malefactorum e Carceribus Diſtrictus Fogaras profugorum.

--- 7301. Antonii Scholtz primarii Locumtenentis profugi.

--- 7339. Joen Batsilla, & Savul Marſinan Latronum profugientium.

--- 8192. Zutz Danilla, Simonis Méſzáros, Timboran Matyi, Martini Czekai, Moldovan Juon, Petru, Nikolai & Vicenz Krischan Militarium Agazonum profugorum.

OSZK

Georgius C. Bánffi m. p.
Gubernator.

L.S.

Joannes Sándor m. p.
*Secretarius.*

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár
ORSZ. SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

34101

# EXTRACTUS CHRONOLOGICUS

ALTISSIMARUM REGIARUM & GU-
BERNIALIUM

## ORDINATIONUM

IN

M. PRINCIPATU TRANSYLVANIÆ

PRO

SINGULORUM OBSERVANTIA

CIRCULARITER PUBLICATARUM

ANNO 1793.

EX ARCHIVO NAT. HUNG.
EXEMPLARIUM VENDITUM.
2165/1902



CLAUDIOPOLI,

Typis MARTINI HOCHMEISTER Cæſ. Reg. Dicaſt. Typogr.

34,101/1793

~~169925~~

ORSZ. SZÉCHENYI-KÖNYVTÁR
Növedéknapló
1945 év 566 sz.

De Anno 1793.

5676. 1800.

# Nro. Imo.

# ORDINATIONES AULICÆ.

Decretum Regium ddo. 29na Decembris 1792. Nro. Aulico 4954. Quæſtoribus Tranſylvanienſibus, pro Notitia, & Obſervatione publicari præcipiens, quo Nomen Subditorum Turcicorum aſſumere caveant, & in differentiis cum Ottomanicis Subditis emerſuris, antequam ſe ad Jurisdictiones harum Ditionum converterent, Conſulatus Cæſareo Regios conſulant, ingreſſum ad Seres apud Vice Conſulem Cæſareo Regium Salonichi Reſidentem, ſeu per Litteras, ſeu per Expreſſum inſinuent, ac proferenda Ope, ſi neceſſitas poſtulaverit interpellare haud intermittant, medio Circularium ad ſingulas Jurisdictiones exaratarum ſub 19na Januarii 793. Nro. Guberniali 475. publicatur.

De 1ma Februarii 1793. Nro. Aulico 372. Alexandrum Szatsvai ab Ephemeridum Hungaricarum ſub titulo (Magyar Kurir) editione amotum, de indemniſatione autem anticipatarum eidem Summarum jam diſpoſitum eſſe, pro Omnium Notitia publicatur ſub 19na Februarii Nro. Guberniali 1472.

De 1ma Februarii 793. Nro. Aulico 353. Joſephum S. R. I. Comitem Teleki de Szék dignitate Status Conſiliarii Actualis Intimi condecoratum eſſe intimans, ſub 23tia Februarii Nro. Guberniali 1576. circulariter publicatur.

a De

De 9na Februarii Nro. Aulico 434. Quoad Exolutionem Diurnorum Regiis, in Negotio Fiſci exmiſſis pendendorum vigentem eatenus ante annum 1780. Uſum iterum introducendum, & obſervandum venire præſcribens ſub 5ta Martii Nro Guberniali 1908. circulariter publicatur, & Inclyto Theſaurariatui Regio, æque ac Inclytæ Tabulæ Regiæ ſignificatur.

De 13tia Martii Nro. Aulico 859. Civitatem Bohemiæ Pleſs Nomine Joſephſtadt inſignitam eſſe notificans, ſub 6ta Aprilis a. c. Nro. Guberniali 2925. publicatur.

De 27ma Martii Nro. Aulico 979. Omnibus Officialibus ſevere interdicens ne contra Præſcriptum Præexiſtentium benignarum Ordinationum Regiarum ſe ſe Naturalium pro Contribuentibus Adminiſtrationi privatim immittant, ſub 16ta Aprilis Nro. Guberniali 3175. circulariter publicatur.

De 6ta Aprilis Nro. Aulico 1176. Inſtitutum Novi Mutui ſpontanei in Aureis, & Argenteis Rebus Pretioſis, & ſuppellectilibus conſiſtentis complectens, ſub 23tia Aprilis Nroque Guberniali 3463. in Lingua Hungarica, Latina, & Germanica Typis impreſſum circulariter publicatur.

De 17ma Aprilis Nro. Aulico 1309. Deinceps in Candidationibus Altiſſimo Conſpectui ſubſternendis non ſolum Salaria Officiorum Reſtaurandorum, ſed etiam propoſitorum Individuorum Characteres, & Salaria, quibus ipſi actu fruuntur, vel jam antea fruebantur, exponi præcipiens ſub 7ma Maji Nro. Guberniali 3857. ſingulis Juriſdictionibus pro Norma circulariter publicatur.

De 8va Junii Nro Aulico 1928. Collectionem Subſidii Charitativi pro erigendo Inſtituto, in quo Patriæ Filii Miniſtrorum Eccleſiaſticorum Muneri ſemet dicare volentes informari poſſint, ad Preces Communitatis in Regno Bohemiæ Helveticæ Confeſſioni addictorum, inter Confeſſionis ſuæ aſſeclas concedens, ſub 28va Junii 793.

Nro.

Nro. Guberniali 5372. circulariter publicatur, & Superintendenti Helveticæ Confeſſioni addictorum intimatur.

De 12da Junii Nro. Aulico 1975. Mutationes in Statu Perſonali intervenientes, quovis Semeſtri juxta adnexum formulare ſubmitti Præcipiens Jurisdictionibus ſingulis ſub 4ta Julii Nro. Guberniali 5446. pro obſervantia perſcribitur.

De 19na Junii Nro. Aulico 2034. Quo Norma, & Cynoſura ſubmittendarum pro Vacantiis Candidationum præſcribitur, in cujus conformitate Jurisdictiones ſub 13tia Julii Nro. Guberniali 5734. circulariter inſtruuntur.

Benignum Reſcriptum Regium ddo. 22da Junii Nro. Aulico 2129. Præſcribens, quæ Cauſæ per viam Appellationis ex Inferioribus Foris in Præſentiam Regii Gubernii deductæ, & ibidem nondum reviſæ, per Regium Gubernium non revidendæ, ſed fine Executionis Sententiæ ad Forum competens remittendæ, quæ vero ibidem revidendæ, & decidendæ ſint, ſub 31ma Auguſti Nro. Guberniali 6411. ſingulis Jurisdictionibus, & Inclytæ Tabulæ Regiæ communicatur.

Benignum Decretum de 26ta Junii Nro. Aulico 2126. Altiſſimum Interdictum ſuper impoſitionibus Pecuniariis apud Saxones uſitatis ea ratione qualificans, quod haud quaquam tales Repartitiones intelligantur, quas una alterave Communitas pro propria ſua Suſtentatione facere neceſſitatur, & quæ ipſis etiam commodo, & lucro cedunt, quare ſimiles Repartitiones indulgeri poſſe, Jurisdictionibus Saxonicis ſub 27ma Julii Nro. Guberniali 6736. notificatur.

De 6ta Auguſti Nro. Aulico 2781. Pro felici Armorum Cæſareo Regiorum Progreſſu, pluribusque jam Vicibus de Gallis glorioſe reportatis Victoriis Deo Omnipotenti Solemnem Gratiarum Actionem celebrari, hymnumque Ambroſianum decantari jubens ſub 31ma Auguſti

 Nro.

Nro. Guberniali 6934. congrua ad ſingulas Eccleſiaſticas, æque ac Politicas Jurisdictiones diſponuntur, ac deſuper Inclita Suprema Armorum Præſectura certioratur.

De 21ma Auguſti Nro Aulico 2980. Joannem Timoni in Agentem Cæſareo Regium in Moldavia conſtitutum eſſe ea declaratione notificans, quod Tranſylvanorum cæteris paribus inpoſterum præcipua habebitur reflexio circulariter publicatur 12ma Septembris Nro. Guberniali 7235.

De 24ta Auguſti Nro Aulico 3004. Præcipiens, ut Religionum Proportio in gerendis Muniis pro ratione præexiſtentium in concernentibus Circulis, & Locis Taxalibus ſubjectorum ubivis locorum introducatur, publicatur ſub 19na Septembris Nro. Guberniali 7600.

De 28va Auguſti Nro. Aulico 2750. Præcipiens, ut Judices in Pertractandis Cauſis Criminalibus a Præcipiti Judicio ſollicite caveant, & omnia quæ ad eruendam rei veritatem facere poſſe videntur, media adhibeant, Delinquentibus Advocatos adjungant, hosque ad ſolerter procurandas, & defendendas Cauſas eorum adſtringant, Jurisdictionibus Jure Gladii gaudentibus circulariter ſub 20ma Septembris Nro. Guberniali 1493. intimatur.

De 4ta Septembris Nro. Aulico 3179. Eductionem Frugum e Ditionibus Hæreditariis ſub certis Cautelis, & erga Speciales per Gubernia Provinciarum erga Taxam 9. fl. expediendas Paſſuales, quibus educendarum Frugum quantitas, & Loca deſtinationis inſerendæ ſunt, indulgens 26ta Septembris Nro. Guberniali 7738. circulariter publicatur, Inclyto Theſaurariatui Regio, & Taxatoratui notificatur.

De 28. Septembris Nro. Aulico 3492. Interdicens, ne Malefactores dehinc Palo infigantur, ſingulis Jurisdictionibus ſub 25ta Octobris Nro Guberniali 8454. intimatur.

De

De 2da Octobris Nro. Aulico 3542. De peragenda in præfixo Termino Rectificatione, adhibendaque ſolerti cura, ne in Contributione decreſcentiæ imergant ſub 25ta Octobris 1793. Nro. Guberniali 8458. ſingulis Perceptoribus circulariter perſcribitur.

De 5ta Octobris 3610. Taxa pro Paſſualibus Frumentum e Principatu evehere volentibus Decreto Regio de 4ta Septembris Nro. Aulico 3179. præſcripta, taliter regulans, aut ab illis, qui quantitatem 100. Metretarum Viennenſium (Metzen) haud efficientem educerent, nulla Taxa præſtetur. Inde a 100. Metretis usque 300. a ſingulis 100. metretis 1. fl. deſummatur, & pro majori quantitate qualicunque emenſa 9. fl. Taxa maneat, ſub 19na Octobris Nro. 8510. publicatur, ſimul autem Inclytæ Supremæ Armorum Præfecturæ, & Inclito Theſaurariatui Regio, atque Taxatoratui notificatur.

De 9na Octobris Nro. Aulico 3665. Mandatum Prohibitorium, ut Principi Nicolao Juniori Eſzterházi nemo pecuniam mutuare audeat communicans, ac una præcipiens, ut Creditores ad Principem Antonium Eſzterházi invientur, publicatur ſub 31ma Octobris Nro. Guberniali 1687. per Univerſum Principatum, & ſimul Inclytæ Supremæ Armorum Præfecturæ, Inclyto item Theſaurariatui Regio, & Inclytæ Tabulæ Regiæ communicatur.

De 9na Octobris Nro 3689. Circa inſtantaneam Proſecutionem, & Executionem Coripheorum, nec non Criminalem Proſecutionem reliquorum Latronum, ad Coripheorum Cathegoriam referri nequeuntium, exterminationem item prædonum, ac indagationem Complicum Receptorum, & Occultatorum Latronum, ut & circa Tagliam pro intercepto, aut interfecto Latrone competentem Altiſſimam Reſolutionem in ſe continens ſub 8va Novembris Nro Guberniali 8782. circulariter publicatur, et Jurisdictionibus Inſtructio ad proſequendos

Latrones ſub 18va Decembris 1792. Nro. 9047. concinnata transponitur pro obſervantia.

De 12ma Octobris Nro Aulico 3703. Vectigal Turcicum de Pannis e Provinciis Germanicis ſignanter Auſtriacis in ejates Ditiones invehendis de quovis fruſto ad 3. Piaſter conceſſum eſſe notificans pro notitia Status Mercantilis, Magiſtratibus Civitatum, & Oppidorum publicatur ſub 8va Novembris Nro Guberniali 8792.

De 16ta Octobris Nro. Aulico 3761. notificans, quod Subſidium Bellicum per I. Status, & Ordines appromiſſum in Natura quoque acceptetur ita tamen, ut pretium etiam forenſe in quietantiis connotetur, publicatur ſub 9na Novembris Nro. Guberniali 8840. ac ſimul Inclytæ Supremæ Armorum Præfecturæ communicatur.

De 30ma Octobris Nro. Aulico 3946. Severe interdicens, ne quisquam Officialium ſub Pœna duplicis reſarcitionis eatenus præſtandæ, incurrendaque etiam gravi animadverſione gratuitos Labores, aut Naturalia qualisliscunque Generis a Communitatibus Pagenſibus, ſive Individuis Contribuentibus exigere, neve etiam, ſi ipſi ſponte offerentur, acceptare præſummat, pariterque etiam Vice Officiales ab exactione Naturalium pro Marchalibus, Partialibus, aut Filialibus Congregationibus celebrandis gratis adminiſtrandorum prorſus abſtineant, ſingulis Jurisdictionibus per circulares publicatur ſub 30mo Novembri Nro. Guberniali 9404.

De 2da Novembris Nro. Aulico 3970. Producentes Nobiles ſemet de Statu Poſſeſſionato Comprobando Teſtimoniis Regiorum Perceptorum, & Confrontatorum Commiſſariorum legitimandos habere præſcribens publicatur ſub 30ma Novembris Nro. Guberniali 9415. Comitatibus, Sedibus Siculicalibus, ac Diſtrictibus.

De 27ma Octobris Nro. Aulico 4322. Projectum Circularium Legibus Patriis, & Regulamento Militari conformiter concinnatum ſuper competentia exmiſſis ad Executio-

cutionem Militibus Ære parato pendenda approbatur, & Typis impreſſum publicatur ſingulis Jurisdictionibus ſub 21ma Decembris Nro. Guberniali 9897. ſimul autem Inclytæ Supremæ Armorum Præfecturæ, & Inclyto Theſaurariatui Regio, nec non Supremo Commiſſariatui Provinciali communicatur.

Benignum Reſcriptum Regium de 30ma Novembris Nro. Aulico 4331. Forum Productionale modalitate a Legibus præſcripta inſtitui, & ad futuram Periodum Epiphaniarum imminentis Anni 1794. Claudiopolim indici præcipiens, ſub 12ma Decembris Nro. 9783. circulariter publicatur, Inclitæ Tabulæ Regiæ Præſidi, & Aſſeſſoribus, nec non Supremis Officialibus Comitatuum, & Sedium Siculicalium intimatur.

Decretum Regium ddo. 7mæ Decembris Nro. Aulico 4117. Ad cognoſcendam in Cauſis Criminalibus Corporis delicti realitatem, tam Chyrurgicam Viſitationem, & inflicti Vulneris inſpectionem, quam vero per Phyſicos Ordinarios idonea curandis, ſanandisque vulneratis ordinanda media tempeſtive adhiberi præcipiens Jurisdictionibus Jure Gladii gaudentibus ſub 4ta Januarii 1794. Nro. 2010. 1793. intimatur.

De 7ma Decembris Nro. Aulico 4464. Currus Poſtales Cibinienſes, & Temesvarienſes inde a 1ma Januarii 1794. uniendos, & ſingulis quatuor Hebdomadibus iter ſuſcepturos fore notificans, circulariter publicatur, & notificatur Inclytæ Supremæ Armorum Præfecturæ, nec non Inclyto Theſaurariatui Regio ſub 4ta Januarii 1794. Nro. Guberniali 10209.

# Nro. IIdo.

## ORDINATIONES GUBERNIALES.

Ddo. 3tia Januarii Nro. Guberniali 1774. a. p. ne aliquis Alexio Uzoni pro Prodigo declarato quocunque ſub titulo eidem pecunias ſub amiſſione ſecus Summæ mutuare, aut Bona ab ipſo emere præſummat. circulariter publicatur.

ddo. 5æ Januarii 1793. Nro. 44 tam Secularibus, quam Eccleſiaſticis Jurisdictionibus Circulariter intimatur, ne Milites patentaliter invalidi, absque prævio Jurisdictionis Militaris conſenſu ad in eundum Matrimonium admittantur, neve 'per Miniſtros cujuscunque Religionis copulentur, quod Inclytæ ſupremæ armorum Præfecturæ reinſinuatur.

ddo. 8æ Januarii Nro. 151. Obſervata Taxæ protectionalis inpoſſeſſionatorum notabili diminutione ſingulis Jurisdictionibus demandatur, ut editæ eatenus ordinationes accurate obſerventur, Taxatioque horum Individuorum haud intermittatur, atque hac ratione omnis in moderna Contributionis manipulatione immutatio præcaveatur.

ddo. 22æ Januarii Nro 530. Concluſum SS. et OO. quoad limitationem mercedis manuariorum, fabrorum, item Murariorum, atque Lignariorum, pro inſtituenda limitatione eo addito, Circulariter publicatur ſingulis Jurisdictionibus, ut ſtabiliendas hujuſmodi limitationes, reflectendo ad Circumſtantias temporum, pretium item

Na-

Naturalium quovis anno ante Feſtum Sancti Georgii ſubmittant Regio Gubernio pro confirmatione.

ddo. 22dæ Januarii Nro. 671. Permutatio Vajvodarum Valachiæ, & Moldaviæ proxime futura ea de cauſa publicatur, ut ſi aliqui negotium quoddam cum iisdem determinandum haberent, ante ſubſequuturam permutationem apud Agentiam Bukureſtienſem ſemet inſinuare noverint.

ddo. 26tæ Januarii Nro. 585. Singulis Quæſtoribus interdicitur, merces ſuas ab exotico advectas, & in ingreſſu ad Germanicas, vel Galliciæ Provincias pro tranſeuntibus ſaltem ad extra iterum declaratas, ex poſt in Hungariam, vel Tranſylvaniam coram Officiis Triceſimalibus pro conſumtione deſtinare, niſi ante ingreſſum ad Hungariam, vel Tranſylvaniam in finitimis Germanicis, aut Gallicienſibus Triceſimis propoſitam mercium conſumptionem penes ſtabiliti pro conſumtione vectigalis, inſtantaneam depoſitionem declaraverint.

ddo. 26tæ Januarii Nro. 692. Singulis Jurisdictionibus Inviatio datur, ut ſemet prævigentibus Ordinationibus tam quoad interdictam groſſorum pro adjuſtatione Rectificationis exigi ſolitorum deſumtionem, quam etiam quoad procurandam cum fine cujusvis anni Individualem Contributionis adjuſtationem ad amuſſim conforment.

ddo. 9næ Februarii Nro. 1024. Utenſilium pro Noſocomiis Campeſtribus procuratorum cum initio Aprilis a. c. diſtrahendorum Specificatio circulariter publicatur.

ddo. 9næ Februarii Nro. 1083. Singulis Jurisdictionibus, & Supremis Officialibus Circulorum intimatur, ut Ordines Commiſſariaticos ad Perceptores intuitu ſubmittentendorum menſtrualium Caſſæ Statuum editos ſub propria reſponſabilitate obſervari faciant.

ddo. 9næ Februarii Nro. 1084. Specificatio Materialium, & Specierum ſolummodo in Pharmacopoliis vendendarum, aut erga Reverſales emptorum tam in majori, quam in minori quantitate per Mercatores etiam diſtrahi queuntium pro omnium Quæſturantium, & Pharmacopolarum, nec non Officialium, ac præſertim Phyſicorum, & Chyrurgorum ſuperattendere obſtrictorum obſervantia publicatur ſingulis Jurisdictionibus, ubi Mercatores, & Pharmacopolæ exiſtunt.

ddo. 30mæ Martii Nro. 2700. Jurisdictionibus circulariter demandatur, ut igne, exundatione, & grandine damnificatos in ſuo gremio illico conſcribant, & hujusmodi Conſcriptiones, ſine impertiendæ relaxationis Exactoratui Provinciali ſemeſtraliter ſubmittant.

ddo. 2dæ Aprilis Nro. 2798. Ad ſingulorum notitiam publicandum Jurisdictionibus intimatur, Naturalia in defalcationem Subſidii Bellici bonæ ſortis, & bene cribrata ad Magazina deſtinata, adminiſtranda eſſe.

ddo. 6tæ Aprilis Nro. 496. Per Circulares ad Comitatuum, Sediumque Univerſitates, & Liberarum, Regiarumque Civitatum Magiſtratus exaratos Ordines publicari ordinatur, ne quispiam Comiti Antonio Haller pro Bonis Királyhalmenſibus, & Hidegkutienſibus ſub amiſſione ſummæ ultra ſummam ratæ ejusdem Portioni inhærentem aliquid mutuare, aut dare præſummat.

ddo. 6tæ Aprilis Nro. 2954. Aſſecuratoriis ad depurationem Subſidii Bellici ceſſis, majorem ſummam autem continentibus, quam ſit rata cedentis, ceſſam titulo Subſidii Bellici ſummam per Officiolatum Comitatenſem authentice indorſandam, Sigillo Comitatus muniendam per Perceptorem Regium vero recognitionem expediendam eſſe, qua ſe exhibens ſuper depurata quotta legitimare poſſit, circulariter publicatur.

ddo. 30mæ Aprilis Nro. 3611. Singulis Jurisdictionibus ordinatur, ne ullam Inquiſitionem, per quemcunque in ſuo

Cir-

Circulo peragi permittant, donec Inveſtigatores, quamprimum ad locum pertigerint, primum, & antea omnia Circuli, vel Loci Officialibus ad Senſum Inſtructionis Regio Tabularis §. 251. ſemet inſinuaverint, quod ſi neglexerint, Officiales inde eosdem relegent, Inquiſitiones autem in rebus Officioſis præter Fiſcalem Directorem, per alios peragi haud permittant.

ddo. 30mæ Aprilis Nro. 3648. Pro Notitia ſingulorum in Servitio Regio conſtitutorum circulariter publicatur, ut in Servitio publico conſtituti, Viennamque eundi, Facultatem ſollicitantes ad Suam Majeſtatem Sacratiſſimam immediate haud recurrant, verum ejusmodi preces medio Præpoſitorum ſuorum & Regii Gubernii promoveantur.

ddo. 2dæ Maii Nro. 3515. Univerſis Jurisdictionibus injungigitur ne deinceps Incolis in Valachiam rei pecuariæ, aut alterius cujusvis negotii cauſa proficiſcentibus, Paſſuales ſuper libero una cum Familia ſua tranſitu corſum ſuſcipiendo, ſed ſolum ad transeuntis Incolæ perſonam expediant, quibus pro reditu Terminus ultra ſex Menſes non eſt extendendus, quo Termino transacto, ſi impetrans porro ibidem morari neceſſitaretur, idem ſemet fine impetrandæ Paſſualium prorogationis, iisdem indorſandæ, apud Agentiam Cæſareo Regiam inſinuandum habebit, Jurisdictiones vero quovis Semeſtri Specificam Individuorum, quibus prævia ratione Paſſuales extradatæ fuerint, Conſignationem Regio Gubernio ſubmittendam habebunt.

ddo. 7mæ Maii Nro. 3853. Singulis Jurisdictionibus, ut & Conſiſtoriis receptarum Religionum committitur, ut pro facultate Charitativum Subſidium in Magno hocce Principatu pro exſtructione ſeu Templi, ſeu Turris colligendi Supplicantes, ad Regium Gubernium fine obtinendarum facultatoriarum invient.

 ddo.

ddo. 16tæ Maii Nro 670. Singulis Jurisdictionibus pro publicatione ordinatur, ne ullus ſub amiſſione ſummæ Bona a Valentino Farkas pro Prodigo declarato emere, aut eidem quidpiam in Ære mutuare præſummat.

ddo. 16tæ Maii Nro. 698. Publicatur circulariter, ne quispiam Alexandro Léſzai pro Prodigo declarato aliquid mutuare, aut ratione Bonorum cum eodem ſub amiſſione Summæ contrahere præſummat.

ddo. 16tæ Maii Nro. 4179. Univerſitatibus Comitatuum, Sedium Siculicalium, & Diſtrictum Hungaricalium notificatur circulariter, dimenſum pro quatuor annuatim celebrandis Marchalibus Congregationibus, per Regium Perceptorem exſolvendum aſſignatum haberi; ita tamen, ut nullæ pecuniariæ impoſitiones fiant, aut naturalium adminiſtrationes gratis acceptentur. In Caſibus vero extraordinariis Aſſignationum applacidationes exſpectandas eſſe.

ddo. 21mæ Nro. 4287. Circulariter publicatur, ad impediendam Librorum Prohibitorum tam per Peregrinos, quam etiam per Patriæ Filios ne fors fiendam invectionem allatorum Librorum Conſignationem Adminiſtrationi Triceſimali illico exhibendam eſſe, Libris inter ea donec per altiores Inſtantias revidebuntur, in ſequeſtro manentibus.

ddo. 28væ Maii Nro. 4629. Comiti Theodoro a Battyan, & Societati Nauticæ elargitum Privilegium ſuper nova Structura Navium, ac Navigationis per lacus æque, ac flumina juxta curſum illorum non minus, ac adverſus hunc dirigendarum elargitum Typis impreſſis exemplaribus promulgatur circulariter.

ddo. 31mæ Maii Nro 801. Intimatur ſingulis Jurisdictionibus, ſingulas Perſonarum Eccleſiaſticarum Cauſas Actus Perſonalem punitionem involventes, in ductu Novellaris Articuli 32. anno 1791. concernentibus Foris Eccleſia-

ſticis

ſticis primum transponendas, & ab his ſatisfactionem petendam eſſe.

ddo. 6tæ Junii Nro. 838. Singulis Jurisdictionibus ordinatur, ut usque tansmittendam Inſtructionem circa modalitatem Stygmatizationis obſervandam ad Stygmatiſationem fors condemnatos Delinquentes ſub Cuſtodia conſervari curent, Executione eo usque in ſuſpenſo relicta.

ddo. 18væ Julii Nro. 3466. Norma Famulicii juxta annuentiam SS. & OO. in Diæta anno 1792. Legibus Patriis, & Conſtitutionibus Magni hujus Principatus adaptata pro ſingulorum notitia, & obſervantia Typis impreſſa, omnibus Jurisdictionibus transmittitur.

ddo. 22dæ Julii Nro. 5201. Confiniariis cum Moldavia Jurisdictionibus pro notitia ſingulorum publicandum committitur, novam in Jaſſy Agentiam Cæſareo Regiam erectam haberi, Opilionesque hujates Moldaviam paſcuationis gratia frequentare ſolitos, ratione inferendarum Injuriarum ad eandem Agentiam inviandos eſſe eo addito, quod ſi in reditu injuria aliqua afficerentur, ſtatim in Contumaciali Statione coram Officialibus querelam ſuam declarent, qui totam rei ſeriem ſine fiendæ ad Agentiam transpoſitionis R. Gubernio ſubmittendam habebunt.

ddo. 25tæ Julii Nro. 6017. Per univerſum Principatum republicatur, & tam Epiſcopis, quam Superintendentibus receptarum Religionum ſtricte intimatur, Subſidia charitativa in aggravium Contribuentium ultra præfixum Terminum non eſſe colligenda.

ddo. 27mæ Julii Nro. 6141. Merces, Diurna laboratoribus manuariis præſtanda, ad Frumenti, panisque pretium limitata, & Typis impreſſa, pro notitia Univerſorum circulariter publicatur.

ddo. 2dæ Auguſti Nro. jud. 1169. In conſequentiam ordinationis de 6ta Junii Nro. 838. ſingulis Jurisdictionibus Jure Gladii gaudentibus intimatur, ut occaſione Stygmati-

ſationis ſerio attendatur, ne oſſa Delinquentis per nimiam ferri impreſſionem lædantur.

ddo. 22dæ Auguſti Nro. 6680. Metalurgos pro Tyronibus non eſſe aſſentandos, concernentibus Jurisdictionibus intimatur.

ddo. 22dæ Auguſti Nro. 6690. Circulares ſub Nro. 3853. intuitu expetendæ a Regio Gubernio Subſidia Charitativa colligendi facultatis per Regium Gubernium exarati ordines pro obſervantia republicantur.

ddo. 30mæ Auguſti Nro. 6966. Pro notitia omnium, & ſingulorum publicandum ſingulis Jurisdictionibus demandatur, quod nemini in Valachiam, aut Moldaviam intrare volenti Paſſuales dabuntur, niſi prius Teſtimonia per Jurisdictiones, quibus ſubſunt, ſub Sigillo authentico concernentis Jurisdictionis confecta produxerint.

ddo. 31mæ Auguſti Nro. 7146. Ut in Executione Debitorum Ærarialium, & Liquidationum Exactoralium Fiſcali Directori omnis adſiſtentia præbeatur, committitur ſingulis Jurisdictionibus.

ddo. 7mæ Septembris Nro. 6518. Conductores Milites pro ſupplendis Regiminibus cum 1ma Septembris a. c. exmittendos fore, ſingulis Jurisdictionibus notificatur, ſimulque eisdem neceſſaria adſiſtentia præberi, exceſſus vero Regio Gubernio referri jubetur.

ddo. 12mæ Septembris Nro. 7278. Damnificationes grandine, & exundatione cauſatas ante Meſſem, & Vindemias per exmittendos a Supremis Officialibus Commiſſarios conſcribendas, & peractas Conſcriptiones juxta præſcripta anno adhuc 1770. Schemata pro relaxatione ſubmittendas eſſe, pro norma ſingulis Jurisdictionibus intimatur.

ddo. 21mæ Septembris Nro. 7654. Singulis Jurisdictionibus intimatur, Contribuentium quetantias magazinales colligendas, & usque finem Decembris peremptorie ad Commiſſionem Liquidatoriam eſſe ſubmittendas, ſecus

preces

preces in caſu deprehenſæ, vel exhibendæ poſt exſpiratum hunc Terminum ſimilis quietantiæ fundendæ haud exaudientur, verum Locorum Judices, & Commiſſarii Conductores, ac quicunque Officiales de intermiſſa collectione, & exhibitione arguendi ad præſtandam Contribuentibus Competentem bonificationem adſtringentur.

ddo. 5tæ Octobris Nro. 7021. Singulis Jurisdictionibus circulariter intimatur, ut adminiſtrationes, & vecturas per Contribuentes ſub Bello Turcico præſtitas, & non bonificatas ſollicite inveſtigari faciant, & pro procuranda bonificatione usque 1mam Januarii anni futuri repræſentent.

ddo. 12mæ Octobris Nro. 8231. Per ſingulos Poſſeſſores Magazinales quietantias, præmanibus eorum adhuc exiſtentes, usque finem Decembris anni currentis inomiſſe ſubmittendas eſſe, circulariter publicatur eo adjecto, quod ſi non ob rite peractam hanc publicationem ejusmodi quietantiæ ſerius exhiberentur, illorum bonificatione Officiales tenebuntur.

ddo. 30mæ Octobris Nro. 8613. Singulis Jurisdictionibus intimatur, metu Militiæ ſe mutilantes illico proximæ Militari Jurisdictioni ſine applicationis ad rem vectuariam, vel tormentariam tradendos eſſe.

ddo. 2dæ Novembris Nro. 8718. Singulis Jurisdictionibus circulariter interdicitur, Litteras Miſſiles privatis actis Officioſis per Poſtam mittendis accludere.

ddo. 9næ Novembris Nro. 8891. Conſvetudines, & uſus Cehales ad oprimendam Opificum induſtriam, reſtringenda item, & impedienda licita acquirendi media directi interdicuntur, & Magiſtratibus Locorum Contuberniis proviſorum committitur, ut Statuta in emolumentum publici condenda altiori ratihabitioni ſubſternant.

ddo. 16tæ Novembris Nro. 9045. Præſtationes Triceſimales in Valachia ſuper mercibus e Ditionibus Cæſareo Re-

giis eo deveƈtis proximius in Bukureſt ſtabilitæ ſingulis Magiſtratibus pro publicatione perſcribuntur.

ddo. 30mæ Novembris Nro. 9472. Medio circularium publicatur Tagliam pro interceptis Militibus Cæſareo Regiis applacidatam, etiam interceptoribus profugorum Gallicorum Captivorum exſolvendam venire.

ddo. 14tæ Decembris Nro. 9719. Singulis Jurisdiƈtionibus circulariter intimatur, ut Conſignationem Militum patentaliter invalidorum Regio Gubernio cum fine cujusvis anni ſubmittant.

ddo. 20mæ Decembris 9050. Singulæ Jurisdiƈtiones ad accurate obſervandas Patentales quoad præjunƈturas pretio regulamentali privatis non in publico, ſed privato negotio itinerantibus haud ſuppeditandas ſub 2da Decembris 1790. & Nro. 9366. editas inviantur.

ddo. 27mæ Decembris Nro. Jud. 1975. Ladislaum Bányai pro Prodigo declaratum eſſe circulariter publicatur.

ddo. 31mæ Decembris Nro. 10253. Singulis Jurisdiƈtionibus circulariter publicatur, ut peregrinos quosdam homines in hac Provincia piƈtas Tabulas idiomate Valachico *Ikone* diƈtas venum circumferentes Paſſualibus neceſſariis deſtitutos, qua ſuſpeƈtos, ſota cum advicinantibus circulis cointelligentia ex hac Provincia reinviari curent.

# Nro. IIItio.

## PERSONALES DESCRIPTIONES.

Ddo. 1mæ Februarii Nro. 800. Profugi ex Bohemia Judæi Iſaaci Straſzer.

ddo. 19næ Martii Nro. 2442. Quatuor Equorum apud incaptivatos neo ruſticos vagabundos Lakatos Mihály, Réz-

Rézmás Farkas, Lakatos János, & Joſi in Comitatu Kraſzna repertorum.

ddo. 13tiæ Martii Nro. 2641. Profugi Claudiopoli Agazonis Gregorii Jánoſi Comitis Samuelis Junioris Gyulai.

ddo. 18væ Julii Nro. 5800. Deſertorum Thodor Bogya, & Joſtif Abraham e Regimine Equeſtri Sereniſſimi Archi Ducis Leopoldi.

ddo. 13tiæ Julii Nro. 5715. Profugi Quæſtoris Bradienſis Emerici Rátz ejusque Conſortis.

ddo. 1mæ Auguſti Nro. 6185. Nonnullorum Juvenum Nro. 14. e Civitate Bohemiæ Gitſchin conſcriptorum, & ſemet abſentantium.

ddo. 24tæ Auguſti Nro. 6910. Franciſci Bôdôr e Carceribus Oppidi Szék profugi.

ddo. 31mæ Auguſti Nro. 6981. Proviſoris Joſephi Hari e Curia Baronis Georgii Banffi Válaſzutienſi profugi.

ddo. 1mæ. Auguſti Nro. 6264. Profugi ex Civitate Platten in Bohemia Malefactoris Chriſtiani Barti ſeu Patky.

ddo. 12mæ Septembris Nro. 7297. Deſertorum e Regimine Equeſtri Sereniſſimi Archi-Ducis Leopoldi Kirilla Pretchar, & Nicule Cſitsui.

ddo. 21mæ Septembris Nro. 7579. Deſertoris e Regimine Sereniſſimi Archi-Ducis Leopoldi Joannis Varag.

ddo. 28væ Septembris Nro. 7794. Profugi Petri Kelner ex Bohemia oriundi.

ddo. 28væ Septembris Nro. 7804. Deſertoris Alexandri Dánts e Regimine Sereniſſimi Archi-Ducis Leopoldi.

ddo. 26tæ Septembris Nro. 7862. Deſertoris Joannis Jakab e Regimine Sereniſſimi Archi-Ducis Leopoldi.

ddo. 5tæ Octobris Nro. 8014. Profugi Homicidæ Stephani Thoth Aurigæ Capitanei Joſephi Kende.

ddo. 25tæ Octobris 8498. Deſertoris Joannis Moldován e Regimine Sereniſſimi Archi-Dùcis Leopoldi.

ddo. 26tæ Octobris 8674. Deſertoris Petri Purtsán e Regimine Sereniſſimi Archi-Ducis Leopoldi.

ddo. 14tæ Decembris 9631. Profugi Laurentii Spitaller profeſſione hortulani ex poſſeſſione Lebeny Szent Miklos in Hungaria.

ddo. 14tæ Decembris Nro. 9632. Civis Oppidi Prenty ex Gallicia Georgii Kulkon cum Conjuge Adalberti Szantkomſzkii nomine Franciſca profugi.

ddo. 20mæ Decembris Nro. 7969. Profugorum ex Civitate Nagy-Bánya captivorum Hajnal alias Tokár Mihajja, Joannis Ruſz, Pontya Urſz, & Ruſz Iron.

Georgius C. Bánffi m. p.
Gubernator.

L.S.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

Joannes Sándor m. p.
*Secretarius.*

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

Φ
34.101
1792
OSZK

# EXTRACTUS CHRONOLOGICUS

ALTISSIMARUM REGIARUM & GU-
BERNIALIUM
ORDINATIONUM
IN
M. PRINCIPATU TRANSYLVANIÆ
PRO
SINGULORUM OBSERVANTIA
CIRCULARITER PUBLICATARUM
ANNO 1792.




*CLAUDIOPOLI,*

Typis MARTINI HOCHMEISTER, Cæſ. Reg. Dicaſt. Typogr.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár
P 34. 101/1792
ORSZÁGOS SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR
B 2755/1993
LELTÁRI SZÁM

# I.

# ORDINATIONES AULICÆ.

Decretum Aulicæ ddto 21. Decembris A. 1791 Nro Aulico 7212. Quo ordinatur, ut in extradandis ad ſupplices Libellos Reſolutionibus rationes, & motiva, ex quibus hoc vel illud ſupplicantium petitum locum non habet, ſuccincte & ad intellectum inſeratur, ſingulis Jurisdictionibus pro ſtricta obſervantia per Circulares, Tabulæ denique Regiæ, Commiſſariatui, Exactoratui Provinciali penes Decretum, & Commiſſioni in Eccleſiaſticis per Extractum Protocolli ſub 13. Januarii 1792. Nro. Guberniali 140. communicatur.

- - ddto 24 Decembris 1791. Nro. Aulico 7235. Altiſſimam Reſolutionem continens, quod Nobilis

Turmæ Prætorianæ Hungaricæ Milites poſt decurſum quinquennalis ſervitii in illa præſtiti ex eadem ad Statum militarem egreſſuri apud Legiones pedeſtres aut equeſtres Hungaricas, in qualitate Primariorum Locumtenentium applicentur, atque ex eo deinceps ad præattactam Nobilem Turmam non ſolum Locumtenentes aut Vexilliferi ſed etiam Valones, (Cadet) in Legionibus ſervientes aſſummantur, ſingulis Comitatuum, Sedium Siculicalium Officialibus, & Magiſtratibus Saxonicalibus perſcribitur ſub 20. Januarii Anno 1792. Nro. Guberniali 281.

Guberniali ddto 14. Januarii Nro. Aulico 186. quo Communitati Peſtienſi & Budenſi Auguſtanæ Confeſſioni addictorum collectio ſubſidii charitativi pro templo in Peſtienſi Civitate erigendi indulgetur, per Circulares ſingulis Jurisdictionibus, ut & Epiſcopis & Superintendentibus ſub 10. Februarii Nro. Guberniali 700 intimatur.

- - ddto 18. Januarii Nro. Aulico 245. Triceſimam lanæ ovilis coloratæ juxta æſtimationem Centenarii ad 60 florenos in $2\frac{1}{2}$ pro cento ſeu 1 fl. 30 xr. determinans ſolito modo per Circulares Nro. 709. publicatur, & R. Theſaurariatui inſinuatur.

- - ddto 21 Januarii Nro Aulico 302. quo D. C. Joannis Szapáry in Conſiliarium Status Actualis Intimum evectio ſub 24 Februarii Nro. Guberniali 1041 circulariter publicatur; & notificatur Supremæ Armo-

rum

rum Præfecturæ, Theſaurariatui R. Tabulæ Regiæ & Commiſſariatui Provinciali.

- - ddto 25 Januarii Nro Aul. 353. Altiſſimam Reſolutionem continens, quod merces extra Commercium poſitæ, niſi usque ad finem Menſis Februarii diſtrahantur eque Provinciis Suæ Majeſtatis evehantur, irremiſſe & abſque acceptatione ullius excuſationis confiscandæ ſint, ſub 10 Februarii Nro Guberniali 785. concernentibus Jurisdictionibus pro publicatione perſcribitur.

- - ddto 25. Januarii Nro Aul. 352. præſcribens, qualiter merces, quarum occaſione triceſimationis leve nimis pretium propoſitum fuerat, relui poſſint, ſub 14 Februarii Nro Guberniali 795, medio Circularium publicatur.

- - ddto 25 Januarii Nro. Aul. 361. circa Triceſimam 2. fl. 30 xr. a Centenario a limatura Metalli deducti vulgo Grötz aut Schatins ad conficiendam chartam metallicam & ornandos Speculorum margines adhiberi ſolita deſummendam ſub 14 Februarii Nro Guberniali 796. publicatur.

- - ddto 1 Februarrii Nro Aul. 406. quo D. a Szechen pro actuali Cameræ Hungarico Aulicæ Præſidente denominatur ſub 21 Februarii Nro Guberniali 949. circulariter publicatur.

- - ddto 11. Februarii Nro. Aul. 550. quo terminus diſtractionis aut evectionis mercium extra comercium poſitarum ad ultimum Martii prorogatur, ſub 2. Martii Nro. Guberniali 1197. eisdem Jurisdictionibus quibus anterior Altiſſima Ordinatio ſub Nro. Guberniali 785 publicata fuerat, intimatur.

Reſcriptum R. ddto 2. Martii Nro. Aul. 807. quo mors Imperatoris Leopoldi II-di ſucceſſioque hæreditaria Franciſci notificatur, omnia Dicaſteria & Officia confirmantur, & de conſervandis Legibus, & Privilegiis Principatus aſſecuratur ſub 11 Martii Nro. Guberniali 1608. per Circulares in univerſum Principatum publicatur, ut & cunctis Dicaſteriis, Armorum Præfecturæ, Epiſcopis & Conſiſtoriis, Tabulæ R. & Theſaurariatui communicatur.

- - ddto 4. Martii Nro. Aul. 861. quo funebrales ſolemnitates in memoriam Auguſtiſſimi Imperatoris Leopoldi II. celebrari jubentur, ſub 11 Martii Nro. Guberniali 1607. æque ſingulis Jurisdictionibus, Inclyto Theſaurariatui R. Epiſcopis & Supremis Conſiſtoriis receptarum Religionum pro effectu transſcribitur.

- - ddto 7. Martii Nro Aulico 866. continens Altiſſimam prohibitionem, ne ulla Communitas absque obtento via Gubernii Regii prævio altiſſimo indultu Deputationem ad Auguſtum Thronum

num mittere, vel prætextu Deputationis collectas inſtituere præſummat, ſingulis Comitatuum, Diſtrictuum, Sedium Siculicalium, & Saxonicalium Officialibus et Magiſtratibus L. R. Civitatum nec non Locorum Taxalium pro directione intimatur.

- - ddto 21. Martii Nro. Aul. 1054. Altiſſimam Reſolutionem de interdicenda generaliter, & ſevere Tortura continens ſingulis Jurisdictionibus medio Circularium ddto 17. April Nro. Guberniali 2431. publicatur.

- - ddto 21 Martii Nro. Aul. 1058. Altiſſima Reſolutione mandatur, ut quemadmodum uniuscujusque obligationis eſt, ad Officia publica viros præcellentes & inculpatos eligere, & denominare, ita illi, qui Officialem ob defectum aut Culpam a functione ſua ſemel amotum, non obtento altioris Inſtantiæ indultu, applicaturi, vel pro applicatione propoſituri ſunt, violatæ obligationis ſuæ reos, pænæque & condignæ animadverſioni obnoxios futuros eſſe. Singulis Jurisdictionibus, ut & Inclyto Theſaurariatui R. Commiſſariatui, Exactoratui Provinciali & Pupillari, Inclytæ Tabulæ R. & Directioni ædili ſub 17. Aprilis Nro. Guberniali 2432. communicatur.

- - ddto 21. Aprilis Nro. Aulico 1501. mandans quo præmetuendus in inferioribus Regni Hungariæ partibus Salis defectus per promovendam

in hoc Principatu omni poſſibili modo Salis vecturam prævertatur, ſub 8. Maji Nro. Guberniali 3135. ſingulis circulorum Officialibus ſalis fodinis vicinioribus, Supremisque eorundem circulorum Officialibus communicatur.

- - ddto 26. Maji Nro. Aulico 1900. Exequias in ſolatium animæ defunctæ Imperatricis viduæ Leopoldi II. Mariæ Ludovicæ celebrandas ordinans ſingulis Jurisdictionibus, Epiſcopis & Superintendentibus Nro. Guberniali 4046. intimatur.

Reſcriptum. R. 26. Maii Nro. Aul. 2893. Clementer reſolvitur, ut Mandata quoad interdictas extorſiones Salis Officialium, injuſtasque mercedis ſalis vectorum detractiones iteratis vicibus emanata publicentur, & ſi quidpiam contra aliquem Officialem in ſpecifico comprobaretur, Delinquens omni cum rigore in exemplum etiam aliorum juxta præſcriptum Legis puniatur, publicatur ſingulis Jurisdictionibus ſub 18. Auguſti Nro. Guberniali 5910 & inſinuatur Inclyto Theſaurariatui R. pro edendis ſua via congruis ad ſubordinatos ſibi Camerales Officiales dispoſitionibus.

Ad prænotatum Benig. Reſcriptum R. in conformitate Propoſitionis Excellentiſſimi D. Gubernatoris publicatur ſingulis Jurisdictionibus Comitatuum, Sedium Siculicalium, & Saxonicalium, Locorumque Taxalium ſub 23. Octobris Nro. Guberniali 7801.

1-mo:

1-mo: Quoad Colonos per nonnulla Dominia Terreſtralia a Fiſco R. ſine fundo & ſeſſione coemptos Suæ Majeſtatis Reſolutionem ſingulis Poſſeſſoribus notam reddant, ea cum inviatione, quo talismodo Poſſeſſores, qui ſimiles Colonos a Fiſco R. Emiſſent, Documenta ſua prætenſionem legitimantia Theſaurariatui R. exhibeant.

2-do: Circa Subſtitutionem in Tabellis Contributionalibus Cubulorum, Curruum, & Urnarum loco jugerorum ordinationi ſub 1. Octobris Nro. Guberniali 7120. emanatæ inſiſtendum.

Quoad reſtitutionem vero fundi Domeſtici, ab ulteriori adventura Regia Determinatione expectandum eſſe.

3-tio: Circa Contributionem Nobilium unius Seſſionis, & Armaliſtarum, nec non Siculorum Primipilorum & Pixidariorum in ſtatum immunitatis a Contributione reponi per Status & Ordines deſideratorum, iidem clare & diſtincte edoceantur, adque patienter præſtolandam ulteriorem Regiam Reſolutionem invientur.

4-to: Quoad Proceſſus Cridales, Norma Anno 1780. ſtabilita interea obſervari præcipitur, donec per Syſtematicam Deputationem Juridicam objectum hoc penitius diſquiſitum fuerit. Contra doloſos de-

bitores ſecundam Normam eadem occaſione ſtabilitam criminaliter procedatur.

5-to: Quoad differentias ration: bonorum inter deficientium Uxorum, aut liberorum Maritos, vel Patres, & hæredes legitimos ſubverſantes, item Rationes Cauſarum liquidorum Debitorum, qualiter procedendum, determinatur. Quoad celebrandas vero inter Fratres, & Sorores indiviſos diviſiones, & Proceſſus pignoratitios Anno 1791. projectati Articuli 133. & 135. quoad meritum pro interimali obſervantia modo proviſorio deſerviant.

Decretum R. ddto 30. Maji Nro. Aul. 1894. præſcribens, quod fixa remuneratio pro Collectione Reſtantiarum Contributionalium Perceptoribus Regiis applacidari nequeat, ſed caſibus ubi unus alterve neo conſtitutorum R. Perceptorum ſe in collectione antiquarum Reſtantiarum Contributionalium præ aliis diligentem exhiberet & probaret, tales Perceptores nominetenus Suæ Majeſtati repræſentandos eſſe, ut congrua meritorum ipſorum reflexio ex clementia Regia haberi poſſit, ſub 30. Junii Nro. Guberniali 4367. publicatur ſingulis Circulorum Officialibus, locorumque Magiſtratibus pro inſtruendis Perceptoribus R. Commiſſariatui, & Exactoratui Provinciali vero pro directione communicatur.

- - ddto 23. Junii Nro. Aul. 2539. reſolvitur vagos Zingaros Fiſcales Taxæ capitis 2 Rfl. ad inſtar

ſtar Domiciliatorum ſubjiciendos eſſe, præterea iidem Zingari de eo peculialiter inſtruantur, quo a conſveto vago vitæ genere ad fixa, ipſisque magis commoda domicilia, & meliorem frugem revocantur, demumque immunitatis a Contributione ad præſcriptos eatenus Exemptionis Annos Altiſſime conceſſa ipſis impertiatur. Tam hocce Decretum Regium quam etiam anteriores Altiſſimæ & Guberniales Ordinationes ab Anno 1782. editæ, iterato Typis impreſſæ ſparſis in Univerſum Principatum Circularibus ſingulis Jurisdictionibus Nro. Guberniali 4912. ſub 17 Julii communicantur, ut ſinguli Zingari Stabiliter illocentur, & domiciliantur, atque nemini plane ſub tentoriis habitatio indulgeatur, exceptis Zingaris Fiſcalibus aurilotoribus tempore æſtivo penes aquas auriloturæ reipſa vacantibus, & ſemet deſuper legitimantibus, neque ulli eorum indulgeatur etiam Commercii cauſa absque Paſſualibus Officialium, ex loco ſui Domiciliationis ad alium migrare.

- - ddto 27 Junii Nro. Aulico 2619. ſignificatur Tempus Coronationis Regiæ & Depoſitionis Homagii, ut & celebrandorum Comitiorum in Regno Bohemia pro Menſe Auguſto c. a. determinatum eſſe ſingulis Jurisdictionibus Circulariter Nro. Guberniali 4809. ſub 17 Julii notificatur.

- - ddto 4. Julii Nro. Aul. 2694. præcipitur ut in Cauſis Criminalibus, ubi appellationi & Transmiſſioni ex præſcripto legum admittendæ locus haud

eſſet, Recurſus ad Thronum R. ſemper admittatur, & per conſequens eo usque ſententiæ ad pœnam mortis latæ Executioni haud mancipentur, Proceſſusque cum plenitudine actorum ſemper ſubmittatur, Altiſſimo conſpectui ſuſternendus, ſub 25. Julii Nro. Guberniali Judiciali 1045. ſingulis Foris Judiciariis concernentium Jurisdictionum, Incl. Tabulæ R. & Univerſitati Nationis Saxonicæ intimatur.

- - ddto 7. Julii Nro. Aulico 2708. Clementer reſolvitur, ut deinceps in omnibus Candidationibus Catholicorum etiam juxta prævigentes Altiſſimas Ordinatones par ratio habeatur, ubi vero id ob defectum Individuorum fieri nequiret, hoc ipſum ſemper adnotetur. Intimatur Jurisdictionibus ſingulis ſub 11 Auguſti Nro. Guberniali 5617.

- - ddto 7 Julii Nro. Aul. 2744. mandatur, ut inductio farinæ Sachari pro Raffineriis intra Limites Provinciæ ſitis a 1. Auguſti a. c. incipiendo erga pendendam pro quolibet Centenario, pondere involucri eo computato 6 Rfl. 18 xr. Triceſimam, pro reliquis conſummentibus vero erga 9 fl. Triceſimam nullo quoad diverſas ſpecies facto diſcrimine indulgeatur, interim Raffinariis diſtractio farinæ Sachari ſub pœna in Patentalibus præſcripta interdicta maneat. Singulis Jurisdictionibus circulariter publicatur ſub 1. Auguſti Nro. Guberniali 5199. & Inclytæ Supr. Armorum Præfecturæ communicatur.

- - ddto.

- - ddto 7. Julii Nro. Aul. 2745. indulgetur, ut in rationem conflagratæ Civitatis Eger in Bohemia exiſtentis charitativum ſubſidium ſuo modo colligatur. Sub 28 Julii Nro. Guberniali 5200. publicatur circulariter, ut & Epiſcopis atque Superintedentibus receptarum Religionum intimatur.

- - ddto 11. Julii Nro. Aul. 2774. denuo admittitur uſus & invectio Ephemeridum publicarum Leidenſium. Publicatur circulariter ſub 27. Julii Nro. Guberniali 5326. & communicatur Supremæ Armorum Præfecturæ, & Theſaurariatui R.

- - ddto 18. Julii Nro. Aul. 2894. intimatur, ut partes illæ, quæ prætenſiones quaspiam contra Turcicos ſubditos habent, & illas ope Regii ad Ottomanicam Portam conſtituti Internuncii revindicare volunt, una etiam Mandatarium Conſtantinopoli conſtituant, de ſtatu prætenſionum ſuarum rite inſtructum, neceſſariisque probis proviſum. Ut partes concernentes eatenus edoceantur publicatur circulariter ſingulis Jurisdictionibus ſub 7 Auguſti Nro. Guberniali 5472. & notificatur. Supr. Armorum Præfecturæ & Theſaurariatui R.

- - ddto 20 Julii Nro. Aul. 2953. quo ſignificatur Franciſcum II-dum die 5 Julii pro Romanorum Imperatore & Rege electum, 14. autem coronatum eſſe; jubeturque cointeligenter cum Supr. Armorum

Præfectura inter explosiones Tormentorum ſolennes Deo grates agere, & pro felici Regimine ubique in hoc Principatu ſolemnia vota elicere. Singulis Jurisdictionibus communicatur, ſub 1 Augusti Nro. Guberniali 5418. ut & Incl. Supr. Armorum Præfecturæ.

- - ddto 21 Julii Nro. Aul. 2952. Inhibitio inductionis Mercium exoticarum Anno 1788. extra Commercium poſitarum medio Patentalium ſuo loco relinquitur, omnia item vina exotica medio Patentalium ac ordinis Triceſimalis Anno 1788 extra Commertium poſita a 1 Septembris c. a. incipiendo iterum generali inductionis prohibitioni ſubjiciuntur, illorumque inductio privatis tantum Perſonis pro propria neceſſitate penes Paſſuales, erga perſolutionem Vectigalis in nominato ordine Triceſimali defixi conceditur; Inductione Halicum (Häring) & Aſellorum (Stokfiſch) erga perſolutionem Vectigalis pro Commercio in ſalvo permanente. Publicatur ſingulis Jurisdictionibus ſub 11. Julii Nro. Guberniali 5625. & notificatur Supr. Armorum Præfecturæ & Theſaurariatui R.

- - ddto 8. Auguſti Nro. Aul. 3163. Clementer ordinatur, ut reſpectu illorum Officiorum, ad quæ e ſingulis Religionibus Officiales æquali numero conſtitui haud poſſent, juxta antiquum uſum alternatio in poſterum etiam obſervetur, ſi videlicet e ſingulis his Religionibus Officio, quod reſtaurandum eſt,

apta

apta & æquali capacitate pollentia Individua reperiri poſſint; Caſu autem in contrario emergens hujusmodi defectus, in Relationibus ſemper exprimatur, atque in hujusmodi Caſibus ſepoſito alternationis reſpectu ſolius Capacitatis Individuorum meritorumque ratio habeatur. Medio Circularium omnibus Jurisdictionibus ſub 4 Septembris Nro. Gubernialí 6298. notificatur.

- - ddto 8. Auguſti Nro. Aul. 3175 ordinatur, ut nullæ in Re Contributionis cum damno ærarii conjunctæ contingant irregularitates; impoſterum ſollicite præcaveatur, ne præter Caſus Diviſionum ulli alii, præter Allodiales Colonis pro uſu duntaxat conceſſos fundos, a Contribuentibus per Dominos terreſtres, abſque aſſignatione aliorum fundorum adimantur, gravem Caſu in contrario incurſuri reſponſabilitatem. Singulis Comitatuum Diſtrictuum & Sedium Siculicalium Officialibus ſub 4 Septembris Nro. 6311. publicatur.

- - ddto 11. Auguſti Nro. Aul. 3185. Transmittitur Mandatum Portæ Ottomanicæ (Ferman dictum) quo mediante in Ditionibus Turcicis Tractatus Commercialis Paſſaroviczenſis in eum, quo ante bellum proximum fuit, vigorem repoſitus eſt, pro notitia & directione eorum, quorum intereſt. Publicatur Circulariter ſub 5. Septembris Nro. Gubernialí 6159. & Supremæ Armorum Præfecturæ, & Theſaurariatui R. communicatur.

- - ddto 25 Auguſti Nro. Aul. 3337. In rationem Civium Civitatis Vindischfeiſtritz in Ducatu Styriæ ſitæ incendio deſolatorum Collectio Charitativi ſubſidii per 6. Menſes indulgetur, ſingulis Jurisdictionibus, Epiſcopis, & Superintendentibus receptarum Religionum ſub 18. Septembris Nro. Guberniali 6657. notificatur.

- - ddto 25 Auguſti Nro. Aul. 3348. circa collatam Comiti Joh. Nepomuceno Eſzterházi, Conſiliarii Status actualis Intimi dignitatem publicatur Circulariter ſub 7. Decembris Nro. Guberniali 8719.

Reſcriptum R. ddto 29. Auguſti Nro Aul. 3372. Intuitu differentiæ inter Catholicam, & ab hac diverſas alias Religiones receptas profitentes, Clementer reſolvitur. Ut interea donec publica lex per benignam Confirmationem deſuper ſancietur: 1-mo: Intuitu tranſitus ex una recepta Religione ad aliam, anteriores Ordinationes Regiæ quoad impertiendam ex Religione Catholica ad aliam receptam tranſire volentibus, antequam reciperentur, ſex hebdomadalem Inſtructionem emanatæ inomiſſe obſerventur. 2-do: Copulationes perſonarum Catholicarum cum diverſæ Religionis perſonis matrimonium contrahentium, juxta uſum vigentem per Parochos quidem Catholicos peragentur, ita tamen, ut Parochis Catholicis interdictum ſit, ejusmodi mixta Matrimonia impedire, vel ſuper educatione Prolium utrius-

que

que ſexus in Religione Catholica in obverſum Articuli 63. anterioris Diætæ a partibus nupturientibus reverſales exigere. 3-tio: Cauſæ & Differentiæ Matrimoniales inter Catholicas & diverſæ Religionis perſonas emergentes cognitioni Catholicorum fororum Eccleſiaſticorum ſubſternantur. Quæ Altiſſima Reſolutio ſub 28. Octobris Nro Guberniali 7504. Epiſcopis Catholicis & Conſiſtoriis Acatholicarum Religionum intimatur.

- - ddto 5 Septembris Nro. Aulico 3473. Charitativi ſubſidii Collectio pro Incolis Oppidi Langenlois in Auſtria Inferiori incendio damnificatis ordinatur, & publicatur ſingulis Jurisdictionibus, Epiſcopis & Superintendentibus ſub 1. Octobris Nro. Guberniali 6870.

- - ddto 7. Septembris Nro. Aul. 3506. de non ſummendis, cum præteritione primarum Inſtantiarum, ad Thronum Regium recurſibus, pro ſtricta obſervantia republicatur ſingulis Jurisdictionibus ſub 5 Novembris Nro. Guberniali 6976.

- - ddto 9. Septembris Nro. Aul. 3609. Ad rationem Incolarum Civitatis Bancalis Wolffbergenſis in Ducatu Carinthiæ ſitæ, fatali incendio deſolatorum collectio charitativi ſubſidii indulgetur, publicatur ſingulis Jurisdictionibus, Epiſcopis & Superintendentibus ſub 19 Octobris Nro. Guberniali 7439.

- - ddto 26. Septembris Nro. Aul. 3753. ſtrictiſſime obſervandum præcipitur ut Captivi ad privatorum labores, præſertim extra locum detentionis, cum periculo Profugii non applicentur. ſub 25 Octobris Nro. Guberniali 7496. ſingulis Jurisdictionibus circulariter & Arcis Szamosujvarienſis Inſpectori, nec non medio Theſaurariatus R. Judicio Montano publicatur.

- - ddto 3 Octobris Nro. Aul. 3819. Moroſi vecturantes ut Salem e fodinis receptum apud ſe in domibus ſuis depoſitum, in deſtincta Depoſitoria devehant, efficacioribus mediis compellantur, mandatur Comitatibus Circulis Salis vecturæ obnoxiis ſub 2. Novembris Nro. Guberniali 7790.

- - ddto 6. Octobris Nro. Aul. 3861. Benigna reſolutio qua mediante Alexius Noptsa in ordinarium, & Michael Sala in V. Directorem Fiſcalem denominatur, publicatur ſub 8. Novembris Nro. Guberniali 7998. ſingulis Jurisdictionibus circulariter.

- - ddto 13. Octobris Nro. Aul. 3978. Benignæ Patentales ſuper Generali Amneſtia uſque finem Auguſti 1793. duratura Deſertoribus, Militibus ab Exercitu Cæſareo Regio profugis quoad pænam ob deſertionem promeritam Clementer editæ, etiam in lingvam Hungaricam & Valachicam translatæ & Typis impreſſæ ſingulis Jurisdictionibus E-

pis-

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

631-A1797.

34101

# EXTRACTUS CHRONOLOGICUS

REGIARUM & GUBERNIALIUM ORDINATIONUM

IN

M. PRINCIPATU TRANSYLVANIAE

PRO

SINGULORUM OBSERVANTIA

CIRCULARITER PUBLICATARUM

ANNO 1791.




CLAUDIOPOLI,

Typis PETRI BARTH, Cæſ. Reg. Dicaſt. Typogr.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár
34.101/1791
ORSZ. SZÉCHÉNYI-KÖNYVTÁR
B Növedéknapló
1958 . 3 1018 SZ.
R 1965

# I.
# ORDINATIONES AULICÆ.

Decretum Aulicum ddto. 18. Novembris 1790. Nro. 10513. cum adnexo eidem Privilegio excluſivo Joanni Almayer Juris utriusque Doctori, ſuper inventione ejusdem, diverſas res lineas, et goſſipiaceas ope Chimicæ Artis in occluſis receptaculis candidas reddendi reſoluto, ſingulis Jurisdictionibus ſub 28. Januarii 1791. Nro. 593. communicatur.

- - ddto. 20. Decembris 1790. Nro. 16322. Virtute cujus ſubditis Cæſareo Regiis e Vallachia, et Moldovia in Ditiones Suæ Majeſtatis remigrare volentibus quinque annorum exemptio ab omni onere publico applacidatur. Singulis Jurisdictionibus ſub 14. Januarii 1791. Nro. Guberniali 213. publicatur.

- - ddto. 7. Januarii 1791. Nro. 16871. Pro ratione Incolarum Civitatis Stein in Carniolia ſubſidium charitativum colligi præcipiens, ſingulis Jurisdictionibus, Episcopis, et Superintendentibus, nec non Officio Solutorio ſub 11. Januarii 1791. Nro. 1049. per Circulares intimatur.

- - ddto. 31. Januarii 1791. Nro. 1281. Quo pro finali Quietantiarum ſuper Subminiſtratis Naturalibus finito Bello bonificandis extradatarum ſubmiſſione terminus peremtorius præfigi jubetur, ſingulis Jurisdictionibus ſub 22. Januarii Nro. 1389. pro fienda publicatione communicatur, quod Quietantiæ aſſecurandæ de Annis 1789. usque 1. Junii, illæ vero de Anno 1790. usque 1. Auguſti A. C. tanto certius medio Officialium pro obtinendis aſſecuratoriis ſumittendæ ſint, elabente ſecus hoc termino nullis prætenſionibus locus eſſet. Factæque Diſpoſitiones Supr. Commiſſariatui Provinciali, et Inc. Supremæ Armorum Præfecturæ notificantur.

- - ddto. 23. Martii Nro. 3297. Quo Stephanus Horvátovits in Advocatum Pauperum Gubernialem reſolvitur. Sub 18. Martii Nro. 3309. ſingulis Jurisdictionibus publicatur.

- - ddto. 6. Aprilis Nro. 3448. Quo pro reſtauratione Templi, et ædificiorum Clauſtri Monachorum Græci Ritus Dis-Unitorum Slatinenſis in Banatu Temeſienſi Elemoſinæ collectio apud Religionis ipſorum aſſeclas per 2. Menſes inſtitui jubetur, medio Circularium ſingulis Jurisdictionibus Episcopo Dis-Unitorum, et Officio Solutorio intimatur.

- - ddto. 4. Maii Nro. 3836. vigore cujus Sua Majeſtas Sacratiſſima ad Nrum 4241. Anno. 1790. pro ſuſtentatione omni ope deſtitutorum, nec non ſpuriorum, et mente captorum moderatas erogationes e Caſ-

ſa

ſa Provinciali faciendi clementer admittere dignata eſt, Officiales tamen directe ſub hoc titulo nihil ad Caſſas Perceptorales aſſignent, verum exerentes ſemet ſimiles Caſus cum genuina circumſtantiarum ſubverſantium, et opem publicam requirentium declaratione de tempore in tempus Gubernio referant, medio Circularium ad ſingulas Jurisdictiones ſub 3. Junii 1791. Nro. Guberniali 4642. exaratarum, publicatur.

- - ddto. 4. Junii Nro. 4264. quo terminus Coronationis Suæ Majeſtatis Sacratiſſimæ in Regem Bohemiæ ad 6tum. initium Comitiorum in 3tium. depoſitionis adhæc Homagii per Status et Ordines Bohemiæ in 4tum. Septembris, ſolemnis denique Suæ Majeſtatis in Urbem Pragam ingreſſus ad 31. Auguſti 1791. præfigitur, per Circulares in Univerſo Principatu ſub Nro. Guberniali 5455. publicatur, et Inclytæ Supremæ Armorum Præfecturæ, ac Commiſſioni Camerali pro ordinanda Sua etiam ex parte publicatione communicatur.

- - ddto. 13. Auguſti 1791. Nro. 5272. Altiſſimam Reſolutionem continens, ne pecuniarum Contributionalium Perceptores, vel minimam pecuniæ ſummam, absque Contraquietantia adminiſtrent; Singulis Jurisdictionibus pro inſtruendis Perceptoribus ſub 2da. Septembris Nro. Guberniali 7556. intimatur.

- - ddto. 24. Auguſti Nro. 5392. præcipiens ne captivi in Carceribus absque ſufficienti ratione detineantur, ſed Cauſæ eorundem Criminales ocyus aſſum-

 man-

mantur, revideantur, et defineantur. Singulis Jurisdictionibus ſub 12. Septembris Nro. Guberniali 7863. publicatur.

- - ddto. 31. Auguſti Nro. 5541. Circa denominationem Excellentiſſimi Domini S. R. I. Comitis Samuelis Teleki in Cancellarium R. Tranſylvanico Aulicum medio Circularium per Univerſum Principatum publicatur ſub 24. Septembris Nro. Guberniali 8229. et Inc. quoque Supremæ Armorum Præfecturæ, Tabulæ Regiæ, et Commiſſioni Camerali notificatur.

Benignum Reſcriptum Regium ddto. 3. Septembris Nro. 5563. Circa rectificationem Contributionis Armaliſtarum, et Nobilium Unius Seſſionis nulla in moderno Contributionis Syſtemate uſque ad ſubſecuturam Reſolutionem Regiam fiat immutatio. Singulis Comitatuum, Diſtrictuum, et Sedium Siculicalium Officialibus sub 4. Octobris Nro. Guberniali 8465. publicatur.

B. Decretum Regium ddto. 3. Septembris Nro. 5554. quo pro Civitate Klatau incendio deſolata collectio ſubſidii charitativi inſtituenda præcipitur. Singulis Jurisdictionibus, Epiſcopis & Superintendentibus ac Officio Solutorio ſub 21. Septembris Nro. Guberniali 8050. intimatur.

- - ddto. 3. Septembris Nro. 5553. quo emigrantes e Ditionibus Germanicis perquiri, domiciliati reinviari,

pro futuro vero diſpoſitiones fieri jubentur, ne ullus Subditus Auſtriacus, aut Moravicus Paſſualibus haud proviſus in Principatum immigrare admittatur, ſub 21. Septembris Nro. 8072. ſingulis Jurisdictionibus pro obſervantia communicatur.

- - ddto. 7. Septembris Nro. 5658. cum altiſſima Reſolutione, ut cum juxta fundamentales Regni Hungariæ, ex M. Tranſylvaniæ Principatus Leges nulla inter Magnates, qui vi officii tales non ſunt, & Statum Equeſtrem diſtinctio locum habere queat, ſed in officiis, quæ ad Seriem Magnatum legalium legetenus non referuntur ſolus Ordo Senii characteris præcedentiam tribuat, id ipſum penes cuncta M. Principatus Tranſylvaniæ Dicaſteria, & in quibusvis aliis Officiis pro cynoſura ſummatur. Sub 24. Septembris 1791. Nro. 8190. Incl. Tabulæ Regiæ, Camerali Commiſſioni, & ſingulis Jurisdictionibus perſcribitur.

- - ddto. 28. Septembris 1791. Nro. 5899. ut usque ad ulteriorem diſpoſitionem fundus tredecim Cruciferorum juxta uſum vigentem Caſſæ Provinciali inferatur ſub 11. Octobris Nro. Guberniali 8754. ſingulis Jurisdictionibus intimatur.

- - ddto. 8. Octobris Nro. 5803. Altiſſima Reſolutio quoad Obligatoriales Publica Sedium, & Diſtrictuum Saxonicalium concernentes, creditoribus erga reſtitutionem vidimatarum copiarum, quæ ipſis ad interim extradatæ fuerant, reſignandas, circulariter per

 Uni-

Univerſum Principatum ſub 25. Novembris Nro. 9809. publicatur.

- - ddto. 15. Octobris Nro. 6085. Denominatio Principis Antonii Eſzterházi in Capitaneum Turmæ Prætorianæ notificatur, & publicatur per Circulares ddto. 8. Novembris 1791. per Univerſum Principatum.

- - ddto. 2. Novembris 1791. Nro. 6352. de colligendo Subſidio charitativo pro Communitate Sitzenſi in Comitatu Tyrolenſi incendio damnificata, ſub 22. Novembris 1791. Nro. Guberniali 9759. ſingulis Juriſdictionibus, & Superintendentibus, ac Officio Solutorio intimatur.

- - ddto. 9. Novembris Nro. Aulico 6454. Mittuntur Patentales de ſublato Jure detractus Regnum Hungariæ, & M. Principatus Tranſylvaniæ ut & reliquas Hæreditarias Ditiones concernentes. Sub 20. Decembris Nro. Guberniali 1082. Circulariter omnibus Juriſdictionibus fine publicationis & in occurrentibus caſibus obſervationis transmittuntur Typis impreſſæ.

- - ddto. 23. Novembris Nro. 6738. quo reſtantiæ Contributionales illico incaſſari jubentur, ſingulis Comitatuum & Sedium Siculicalium Officialibus, Sedium Saxonicalium & Locorum Taxalium Magiſtratibus, ut & Regiis Perceptoribus ea cum ordinatione ſub 13. Decembris Nro. 10269. communicatur, ut de quindena in quindenam conſpectum exhibeant indi-

gi-

gitantem, quantum quævis Communitas tam titulo reſtantiarum anteriorum annorum, quam titulo currentis Contributionis præſtandum habeat, quantumve adminiſtraverit?

- - ddto. 26. Novembris Nro. 6736. quo Quieſcentes ad ſerviendum idonei prima occaſione accomodari jubentur. Singulis Comitatuum & Sedium Siculicalium Officiolatibus Circulariter, Incl. Theſaurariatui Regio, Incl. Tabulæ Regiæ, Commiſſioni Eccleſiaſticæ & Commiſſariatui Provinciali ſub 16. Novembris Nro Guberniali 10314. intimatur.

- - ddto. 30. Novembris Nro. 6811. Quoad reſtabiliendos Computus Semeſtrales Commiſſariaticos, quoad imputationem præſtationum Statui Militari, nec non Provinciali factarum, atque in Sortem, & defalcationem Contributionis acceptandarum, circa collectionem, & productionem quietantiarum, circa Contributionis, & reſtantiarum Contributionalium collectionem, & circa Caſſarum Perceptoralium Securitatem & Viſitationem exaratum, ſub 20. Decembris Nro. 10425. Circulorum Locorumque Officialibus, & Magiſtratibus, Incl. Supremæ Armorum Præfecturæ, Supremo Commiſariatui, Exactoratui, ac Officio Solutorio pro norma perſcribitur.

- - ddto. 3. Decembris 1791. Nro. 6842. Quo pro Civitatibus Villach in Ducatu Carnioliæ, & Königshoff in Regno Bohemiæ igne damnificatis Subſi-

dium colligi jubetur; ſingulis Juriſdictionibus, Epiſcopis, & Superintendentibus receptarum Religionum, & Officio Solutorio ſub 20. Decembris Nro. 10428. perſcribitur.

- - ddto. 7. Decembris Nro. 6910. Quo collectio Subſidii in erectionem Templi Catholici in Sverin præcipitur, ſingulis Juriſdictionibus, Epiſcopis, & Superintendentibus ac Officio Solutorio ſub 27. Decembris Nro. Guberniali 10541. intimatur.

# II.

# ORDINATIONES GUBERNIALES.

ddto. 14. Januarii 1791. Nro. 224. medio Circularium ad ſingulas Juriſdictiones exaratarum, circumvagantes et vagabundi Monachi et Popæ nullis paſſualibus proviſi incaptivari jubentur, factæque diſpoſitiones Episcopis utriusque Ritus Græci intimantur.

- - ddto. 14. Januarii Nro. 461. impreſſiones cujuscunque generis Librorum, & Opuſculorum absque Cenſura medio Circularium interdicuntur.



- - ddto.

- - ddto. 18. Februarii Nro. 1286. Singulis Comitatuum, Diſtrictuum, & Sedium Siculicalium Officialibus Magiſtratibus Sedium Saxonicalium, & Locorum Taxalium intimatur, ut provideant, ne Non-Uniti Popæ, æditui, et reliquæ perſonæ Eccleſiaſticæ plus juſto ad præſtationem onerum publicorum, et quidem cum impedimento functionum ſuarum adſtringantur.

- - ddto. 5. Aprilis Nro. 2701. intimatur ſingulis Comitatuum Diſtrictuum et Sedium Siculicalium Officialibus, quod captivi ad Analogiam Anni 1780. intertenendi ſint, & e Caſſis Regiis Pecunias ad intertentionem captivorum ultra jam dimenſum quantum arbitrarie levare ſub pœna refuſionis interdicitur.

- - ddto. 5. Aprilis Nro. 2814. medio Officialium, et Magiſtratuum, omnes et ſinguli Perceptores Regii monentur, ut deinceps occaſione adminiſtrationis pecuniarum, ad Caſſam Provincialem ſimul Contraquietantias ſubmittant.

- - ddto. 10. Maii Nro. 3901. ſingulis Comitatuum Diſtrictuum Sediumque Officiolatibus, Magiſtratibusque Locorum inculcatur, ut reparationibus viarum publicarum preſſo pede inſiſtant.

- - ddto. 18. Maii Nro. 4241. Medio Circularium ſingulis Jurisdictionibus intimatur Altiſſima Reſolutio, quod Deſertorum celatores ad Analogiam Patentalium Anno 1762. puniendi ſint. 2do. ſub quibus

cautelis mortui in Cryptas Templorum ſepeliri poſſint. 3tio. Quod circa regulationem Servorum anteriores ordinationes, & 4to. Quoad vagabundos illæ de Anno 1780. Nro. 628. editæ obſervandæ ſint.

- - ddto. 27. Maii Nro. 4586. Medio Circularium ſingulis Jurisdictionibus præcipitur, ut invigilent, quo nocturni vigiles ſingulis in Pagis conſtituantur.

- - ddto. 28. Maii Nro. 4591. Comitatuum, Diſtrictuum et Sedium Officiales ad obſervandam Altiſſimam Ordinationem præcipientem, ne malefactores mutilatione membrorum puniantur, inviantur.

- - ddto. 7. Junii Nro. 4893. ſingulis Jurisdictionibus committitur, quatenus Quietantias ſuper adminiſtratis in Anno 1788. 1789. & 1790. naturalibus colligant, et pro liquidatione ſubmittant.

- - ddto. 10. Junii Nro. 4945. medio Circularium preſcribitur, qualiter Taxa Sydoxialis ab Non Unitis Popis colligenda, et adminiſtranda ſit, factæque diſpoſitiones Epiſcopo Non Unitorum intimantur.

- - ddto. 21. Junii Nro. 5326. per Circulares ad ſingulorum notitiam publicatur, ne quis a militibus cujuscunque generis armaturas, vel veſtes coëmere præſummat, factaque publicatio I. Supr. Armorum Præfecturæ inſinuatur.

- - ddto. 29. Julii Nro. 6340. Singulis Jurisdictionibus intimatur, quod Curſoribus Provincialibus in publicis negotiis itinerantibus, & inſignibus proviſis pabulum pro intertentione equorum erga regulamentale pretium ſubminiſtrandum ſit.

- - ddto. 3. Auguſti Nro. 6447. ſingulis Jurisdictionibus Altiſſima Reſolutio, circa facilitandam Civitatis Viennenſis neceſſariis bobus mactabilibus proviſionem exarata nota redditur.

- - ddto. 3. Auguſti Nro. 6452. Altiſſima Reſolutio qua admittitur, ut illis, qui intra quinquennium edocebunt, quod aliqua pars Terreni per promotionem Aquilarum Cæſarearum Anno 1769. a Moldavis, et Vallachis recuperati ad ipſos pertineat, illa, pro ratione circumſtantiarum, ſeu in Natura reſtituetur, ſeu bonificetur, ejusmodi prætenſiva Jura coram Gubernio autem edocenda eſſe, ſingulis Officialibus Comitatuum, Diſtrictuum; Sedium Siculicalium, nec non Saxonicalium, & locorum Magiſtratibus communicatur.

- - ddto. 10. Auguſti Nro. 6596. Medio Circularium ad ſingulas Jurisdictiones exaratarum præſcribitur, quid circa impediendam ſcabiem equorum obſervandum ſit.

- - ddto. 11. Auguſti Nro 6627. ſingulis Jurisdictionibus nec non Episcopis, & Superintendentibus intimatur, Suam Majeſtatem in rationem Militariſa-

tarum Poſſeſſionum per hoſtilem irruptionem damnificatarum ſubſidium charitativum per ſemeſtre Spatium colligendi clementer indulſiſſe.

- - ddto. 13. Auguſti Nro. 6845. Medio Circularium Singulæ Jurisdictiones ad obſervandas Commiſſariatus Provincialis circa intertentionem Militiæ factas diſpoſitiones inviantur, iisque committitur, ut mercedem vecturariam, ut & bonificationem pro fœno, & ſtramine in paratis exolvendam, per conductores ab Officiis annonariis perceptam concernentibus Individuis rite adminiſtrari faciant, factæque diſpoſitiones Commiſſariatui notificantur.

- - ddto. 18. Auguſti Nro. 6878. Medio Circularium Singulis Jurisdictionibus committitur, ut emacillationis proba cointelligenter cum Statu Militari inſtituta, pretium in ejus ductu moderatum Gubernio referant. factæque diſpoſitiones Incl. Supremæ Armorum Præfecturæ notificantur.

- - ddto. 2. Septembris Nro. 7513. Comitatuum Diſtrictuum, & Sedium Siculicalium Officialibus committitur, ut expenſas rerum Scripturiſticarum, lignorum, & candelarum taliter moderare ſtudeant, quatenus exciſſum A. 1780. haud ſuperent, cura vero lignorum ex Officio Prætoriali Servo vel alteri Individuo, ut olim, gratis gerenda imponatur.

- - ddto.

- - ddto. 6. Septembris Nro. 7855. Singulis Jurisdictionibus præterea ſupremis Comitibus, Judicibus Regiis, & Adminiſtratoribus, atque Capitaneis Diſtrictuum committitur, quatenus collectionem Reſtantiarum Contributionalium antiquarum admaturare ſtudeant, factæque diſpoſitiones Supremo Commiſſariatui Provinciali intimantur.

- - ddto. 17. Septembris Nro. 8000. Epiſcopis Tranſylvanienſi, & Fogaraſienſi, Superintendentibus item receptarum Religionum, ac Epiſcopo Nonunitorum committitur, ut ad charitativum Subſidium infortunatis Incolis Botfalvenſibus igne damnificatis ſuppeditandum, medio ſibi ſubordinatorum Auditores commoneri faciant, ſingulis Jurisdictionibus præterea ingungitur, ut hoc titulo adminiſtrandam pecuniam per concernentes R. Perceptores acceptandam, Officio ſolutorio inferendam diſponant.

- - ddto. 30. Septembris Nro. 8501. Medio Circularium publicatur ad Univerſorum Notitiam B. Paulum Kemény titulo Conſiliarii Aulici condecoratum eſſe.

- - ddto. 8. Octobris Nro. 8651. ſingulæ Jurisdictiones medio Circularium inviantur, ut inſinuanti ſe ſe apud ipſas Joſepho Benkö, niſi aliquæ obſtent conſiderationes, aſſiſtant, ut Typos Stigmatum equorum de Univerſis Provinciæ Comitatibus, Opidis, & Pagis,

 una

una cum inſignibus, & ſigillis celebriorum locorum pro procuranda ſibi delineatione obtinere valeat.

- - ddto. 8. Octobris Nro. 8667. apud ſingulas Jurisdictiones effectus Ordinationis ſub 7. Septembris Nro. 7855. circa exactionem Contributionalium Reſtantiarum ex annis anterioribus hærentium exaratæ adurgetur.

- - ddto. 21. Octobris Nro. 9082. Concernentibus Jurisdictionibus committitur, ut fota cum Officialibus Annonariis penes Magazina Conſtitutis cointelligentia, Inventaria cujusvis generis Naturalium, Materialium, et lectiſterniorum, penes Magazina cum ultima Octobris præexiſtentium rite conficiant.

- - ddto. 28. Octobris Nro. 9332. I. Supr. Armorum Præf. I. Tabulæ Regiæ, Officio Inſpectoratus Montaniſtico, Triceſimali Adminiſtrationi, Camerali Inſpectoratui, Judicio Montano, Directoratui, Archivo Fiſcali, et ſingulis Jurisdictionibus intimatur Altiſſima Reſolutio, quod negotia Cameralia a Politicis ſeparanda, et Theſaurariatus Regii activitas ad Normam Anno 1780. reſtituta ſit.

- - ddto. 2. Novembris Nro. 9314. Circulariter publicatur Altiſſima Reſolutio quod inhibitio, quæ reſpectu falcium meſſoriarum, et fœnilium ad Turciam hactenus ſubſiſtebat, ſublata liberaque evectio iterum admiſſa ſit.

- - ddto.

- - ddto. 4. Novembris Nro. 9436. committitur ſingulis Jurisdictionibus, ut factas per Commiſſariatum diſpoſitiones, quatenus præjuncturæ Militaribus præſtandæ non erga quirtantiam, verum regulamentali pretio ſoluto deſummantur, exceptis vecturis in re tormentaria domeſtica, aut anonaria deſummendis, obſervent, & obſervari faciant.

- - ddto. 8. Novembris Nro. 9476. intimatur ſingulis Comitatuum Diſtrictuum, & Sedium Siculicalium Officialibus, quod acta producentium ex Archivo Guberniali aliter non extradentur, niſi ejusmodi ſupplicantes, ſe primo coram Officiolatibus de competentia, & neceſſitate legitimaverint, & ab ipſis Gubernio recomendati fuerint, factæque Diſpoſitiones I. Tabulæ Regiæ communicantur.

- - ddto. 11. Novembris Nro. 9575. & ddto. 14. Novembris Nro. 9663. Singulis Supremis Officialibus Circulorum, & Magiſtratibus committitur, ut ordinationum quoad incaſſandas, & adminiſtrandas antiquas Keſtantias Contributionales editarum effectum ſedulo procurent.

- - ddto. 11. Novembris Nro. 9595. ſingulis Jurisdictionibus committitur, ut conſcriptiones Dis-Unitorum per Archi Diaconos confectas ſubmittant.

- - ddto. 25. Novembris Nro. 9859. Circulariter publicatur, quod opiliones greges ſuas in Vallachi-

am impellentes quoad Taxam Oyarit dictam prærogativa præ Incolis Vallachiæ gaudeant, eandemque intra tres Septimanas perſolvere, ſeque apud Agentiam inſinuare debeant.

- - ddto. 29. Novembris Nro. 9909. Magiſtratus Saxonicales, & Civitates inviantur, ut opifices ad ineundos cum Commiſſione Oeconomica Militari, quoad comparationem neceſſitatuum Contractus invient, factæque diſpoſitiones Incl. Supr. Armorum Præfecturæ notificantur.

- - ddto. 2. Decembris Nro. 9921. Sparſis Circularibus publicatur, ut quacunque de Cauſa in Moldaviam, & Vallachiam ituri, obtentis a ſuis Jurisdictionibus Teſtimoniis, prout antea immediate ab Incl. Supr. Armorum Præfectura Paſſuales expetant, factæque diſpoſitiones Incl. Supr. Armorum Præfecturæ inſinuantur.

- - ddto. 2. Decembris Nro. 9955. Valor Monetæ Plocon dictæ in Rfl. 1. xr. 15. 3/4. Circulariter publicatur, factæque diſpoſitiones Incl. Supr. Armorum Præfecturæ Theſaurariatui Regio & Exactoratui inſinuantur, Suæque Majeſtati referuntur.

- - ddto. 6. Decembris Nro. 9990. Benignum Decretum Aulicum ddto. 15. Octobris circa Patriæ Filios ad Stipendia Montaniſticorum practicantium applicandos ad Theſaurariatum Regium exaratum per Circulares ad ſingulas Jurisdictiones, ad Helvetiæ, & Augu-

ſtanæ

ſtanæ Confeſſioni addictorum, & Unitariæ Religionis Conſiſtoria exaratas publicatur.

ddto. 9. Decembris Nro. 10126. Collectio reſtantis, & Currentis Contributionis denuo apud ſingulas Jurisdictiones & R. Perceptores urgetur.

- - ddto. 23. Decembris Nro. 10474. Circulorum Perceptores ſerio monentur, ut Operi Rectificationis ea Sedulitate incumbant, quo illud usque ultimum Januarii inomiſſe terminari, & Exactoratui transmitti poſſit, hæque diſpoſitiones Supremis Circulorum Officialibus & reſpective locorum Magiſtratibus pro effectu hujus ordinationis ſua quoque ex parte procurando intimatur.

- - ddto. 27. Decembris Nro. 10499. Circulariter publicatur, quod ab inferendo ſingulo Centenario Zinci Exotici (Zinck oder Spiauter) portorium Triceſimale a modo impoſterum 30. xr. deſummatur.

- - ddto. 30. Decembris Nro. 10617. Singulis Comitatuum, Diſtrictuum, Sedium Siculicalium Officiolatibus Locorumque Magiſtratibus committitur, quatenus Quietantias Magazinales colligant, & ſubmittant poſt ultimam Martii 1792. enim non acceptabuntur, verum per illos quorum culpa juſto tempore exhibitæ non fuerint, adminiſtrantibus bonificari ordinabuntur.

# III.
# DESCRIPTIONES.

Duorum Malefactorum qui interfecto Auriga Poſonienſi Currum cum Equis Theophili Vürzler ſuſtulerunt. ddto. 27. Januarii Nro. 111.

Sebaſtiani Kaltenhauſer Agazonis Caſtrenſis. ddto. 13. Januarii Nro. 204.

Judæi Aaron Kohn ad 5. annorum Carceres in Regno Bohemiæ condemnati, e publicis laboribus profugi. ddto. 21. Januarii Nro. 348.

Hirinka Názár alias Zapotoczii ex Tremblovla profugi. ddto. 11. Februarii Nro. 1043.

Georgii Czieki Militis Gregarii e 3. Phalange Regiminis Pelegriniani Profugi. ddto. 11. Februarii Nro. 1108.

Antonii Feichtner, & Mathei Kurutz duorum Juvenum Militarium, e domo in qua proles Militares Spleniani educantur profugorum. ddto. 18. Februarii Nro. 1314.

Deſcriptio nonnullarum rerum e Capella Lenkienſi Comitis Lubinczki furto ablatarum. ddto. 22. Februarii Nro. 1437.

Georgii Hæhel Furis vagabundi in Auſtria. ddto. 25. Februarii Nro. 1579.

Ad Superiorem deſcriptionem Nr. 111. notificatur Capitalem malefactorem Jaurino oriundum Ferdinandum Techtler nominari. ddto. 3. Martii Nro. 1668.

Thereſiæ Schenck Jaurino oriunda maritum ſuum Georgium Hoffer perfide deſerentis ddto. 11. Martii Nro. 1918.

Petri Klovakki, & Joſephi Bankievitz gregariorum Militum I. Legionis Pelegrinianæ ddto. 18. Martii Nro. 2160.

Martini Szánto gregarii Militis I. Legionis Splenianæ profugi ddto 29. Martii Nro. 2621.

Joſephi Marko, & Andreæ Moldován Mercenariorum Militarium Tömösvarino profugorum ddto. 15. April Nro. 3288.

Joannis Zehendrer Civis & Queſtoris Pragenſis ddto. 30. Aprilis Nro. 3651.

Valentini Kribenovitz, Joannis Bolnitzky, et Joannis Stephura Militum e Regimine Pelegriniano profugorum ddto. 13. Maii Nro. 4027.

Deſcriptio rerum per prædones curiam Baroniſſæ Sigismundo Kemény iánæ Nagy Sajóienſem expilantes ablatarum ddto. 13. Maii Nro. 4167.

Rézmives Mark, et Bonczi Georgy Militum Gregariorum I. Regiminis Splenyiani, ddto. 27. Maii Nro. 4503.

Mariæ Papp in Regno Hungariæ oberrantis ddto. 3. Junii Nro. 4669.

Joannis Ruprecht, Joannis Hauſzler, Georg Dameron, Nicolai Fremie, Joſephi Weinberg, Francisci

F Eck-

Eckhoff Militum ex I. Regimine Preiſiano profugorum ddto 7. Junii Nro. 4867.

Leonardi Schneider ex Regno Bohemiæ profugi ddto. 5. Junii Nro 5732.

Franciſci Eſzeki, et Joannis Richter malefactorum ex Regno Bohemiæ profugorum ddto 5. Julii Nro. 5733.

Joſephi Barabas cum pecunia Saræ Barabás ex Sede Háromſzék profugi ddto 22. Julii Nro. 6153.

Eliſabethe Koloſi ex Oppido Thorda profugæ ddto. Julii Nro. 7599.

Theodori Rognyán, & Vaſzilie Budaka ex Arce Szomosujváriensi profugorum ddto. 6. Septembris Nro. 7897.

Rottaru Timoſtei malefactoris ex Gallicia profugi ddto. 18. Septembris Nro 8004.

Equi Locumtenentis Burquinyon ex Comitatu Küküllö deperditi ddto. 17. Septembris Nro. 8122.

Judeorum pecunias Petri Maleditza de Sztamora in Comitatu Tömöſienſi 7950. fl. furto abducentium ddto. 21. Octobris Nro. 9083.

Michaelis Pap interemtoris Conſortis Michaelis Reitter ex Comitatu Szolnok Interioris ddto. 31. Octobris Nro. 9341.

Balthſaris Hoffmann, et Joſephi Hora e Civitate Eger Regni Bohemiæ profugorum ddto. 8. Novembris Nro. 9499.

Mathiæ Schlögel, Joannis Bauer, & Theodori Fuly deſertorum Militum e 3tia Phalange I. Regiminis Præſidiarii 11di ddto 18. Novembris Nro. 9639.

Gabri-

Gabrielis Javorſzki malefactoris ex Regno Galliciæ profugi. ddto. 25. Novembris 9765.

Vaſziliæ Sztán e publicis laboribus Csernovitzio profugi, ddto 25. Novembris Nro. 9766.

Gregorii Szbaneczki, Odochiæ Strileczkuianæ e Regno Galliciæ profugorum ddto. 2. Decembris Nro. 9912.

Caspari Müller ex Petrinia profugi ddto. 6. Decembris Nro. 10102.

Joannis Jeramiæ Agazonis Francisci Túri cum uno equo furto ſibi ſubducto profugi ddto. 13. Decembris Nro. 10187.

Parel, et Thoma Kulsky Profugorum Agazonum Poſtæ Magiſtri ex Wama Regni Galliciæ ddto. 16. Decembris Nro. 10324.

Mathiæ Sokoloviczki e Regno Galliciæ profugi ddto. 16. Decembris Nro. 10325.

**Georgius Comes Banffi mp.**
Gubernator.

L.S.

David Székelly mp.
Cancellarius.

Volffgangus Cserei mp.
Secretarius.

ORSZ.SZÉCHENYI KÖNYVTÁR

Országos Széchényi Könyvtár

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

F. III: 19 7/3.
34.101/1790

# EXTRACTUS
## CHRONOLOGICUS
## REGIARUM & GUBERNIALIUM ORDINATIONUM
IN
## M. PRINCIPATU TRANSYLVANIAE
PRO
SINGULORUM OBSERVANTIA
CIRCULARITER PUBLICATARUM
ANNO 1790.

M. N. MUZEUM KÖNYVTÁRA




CLAUDIOPOLI.
Typis PETRI BARTH, Cæſ. Reg. Dicaſt. Typogr.

34.101/1790
R2

# I.

# ORDINATIONES REGIAE.

Decretum Regium ddto. 4. Januarii 1790. Nro. 16623. occultatores et promotores Deſertorum militarium puniantur, medio Circularium ſingulis Circulorum et Civitatum Officialibus ddto 28. Ianuarii 1791. Nro. Guberniali 599. publicatur.

- - ddto 11. Ianuarii 1790. Nro. 143. Triceſimam tranſitus pro *Gallmay* a Centenario Sporco in 40. kr. ſolvendam eſse, excepto illa in haereditariis Provinciis producto, de quo ſolum hactenus ſolita Triceſima praeſtetur, medio Circularium ddto. 11. Februarii 1790. Nro. Guberniali 907. ſingulis Circulorum et Civitatum Officialibus publicatum, et Triceſimali Adminiſtrationi communicatum.

- - ddto 14. Januarii 1790. Nro. 262. circa Triceſimam texturarum e Ducatu Hetruriae et Mediolani invehendarum ſolvendam de unica libra 1. fl. 36. kr. medio Circularium ddto. 18. Februarii Nro. Guber-



ber-

berniali 1096. ſingulis Officialibus publicatum et Triceſimali Adminiſtrationi communicatum.

- - ddto 25. Ianuarii 1790. Nro. 932. de elevato ſalis vecturae pretio, tam axali, quam navali in his rerum circumſtantiis interimaliter permanſuro, medio Circularium ddto. 2. Martii Nro. Gubernialii 1381. ſingulis Circulorum Officialibus publicatum et Camerali Inſpectoratui communicatum.

- - ddto. 25. Ianuarii 1790. Nro. 1047. de elevato pretio aureorum belgicorum ad 4. fl. 28. kr. ſingulis Circulorum Officialibus publicatum Caſsae Bancali, Triceſimali Adminiſtrationi, Inſpectoratui Zalathnenſi et Camerali, nec non Incl. ſupremae Armorum Praefecturae ſub 11. Februaerii Nro. Guberniali 910. communicatum.

Reſcriptum Regium ddto. 28. Ianuarii de reſtituta priſtinae Adminiſtrationis publicae forma, medio Circularium ddto. 23. Februarii Nro. Guberniali 1334. ſingulis Circulorum Officialibus et Univerſitatibus Comitatuum, item Excelltiſsimis Dominis Commiſsariis Regiis in typis communicatum.

Decretum Regium ddto. 28. Ianuarii Nro. 925. inductionem Caffeë e radicibus Cechoriae praeparatum prohibens medio Circularium ddto. 2. Martii Nro. Guberniali 1384. ſingulis Circulorum Officialibus publicatur, et Triceſimali Adminiſtrationi communicatur.

- - ddto.

- - ddto. 4. Februarii Nro. 1355. de caſsatione cum Infamia Primarii Locumtenentis D'Alton, et Signiferi Stephanovits, medio Ordinationis Comitatuum Officialibus Inſpectoratui Camerali, et Zalathnenſi, Tricesimali Adminiſtrationi, et Exactoratui ſub 4. Martii Nro. Guberniali 1573. transponitur.

- - ddto. 8. Februarii Nro. 1438. circa Triceſimam 7. fl. 12. kr. de Centenario piſcium marinorum, qui in vectigali, juxta advolutam Conſignationem inter pretioſa vel nobilia piſcium genera numerantur, medio Circularium ddto. 15. Martii Nro. Guberniali 1836. ſingulis Comitatuum Officialibus publicatur, et Triceſimali Adminiſtrationi communicatur.

- - ddto. 8. Februarii Nro. 1487. quo vectigal inducendarum e Turcico pellium crudarum boum et vaccarum ad 4. et 9. kr. limitatur medio Circularium ſingulis Comitatuum Officialibus publicatur et Triceſimali Adminiſtrationi ſub 15. Martii Nro. Guberniali 1837. communicatur.

- - ddto. 15. Februarii Nro. 1763. circa relegationem bibliopolae viennenſis Georgii Philippi Vucherer libros prohibitos, nec cenſurae ſubjectos venum exponentis medio Circularium ſub 4. Martii Nro. Guberniali 1562. ad ſingulos Comitatuum Officiolatus exaratarum publicatur.

 - - ddto.

- - ddto. 18. Februarii Nro. 1852. circa aeſtimationem pileorum Tranſylvanicorum a 30. kr. et deſumtionem vectigalis ab ipſis dum ad provincias haereditarias germanicas et Galliciam inducuntur 10. per Centum, ſeu fruſtatim a 3. kr. ſtabilitam, medio Circularium ſub 22. Martii Nro. Guberniali 2012. Officialibus Commitatuum et Triceſimali Adminiſtrationi publicatur.

Reſcriptum Regium ddto. 14. Martii quo mediante mors Divi Imperatoris Ioſephi IIdi notificatur Conſervatio trium Nationum in Iuribus, Privilegiis et Immunitatibus ſuis, per ſuam Majeſtatem D. D. Leopoldum Secundum clementer una cum Diaetae celebratione aſsecuratur: ſub 1. Aprilis 1790. Nro. Guberniali 2431. ſingulis Locorum Officialibus et Armorum Praefecturae notificatur.

Reſolutio Regia ddto. 19. Martii 1790. Nro. 3322. intuitu Individuorum ac Officialium in Altiſsimo Servitio Regio itinerantium, inque morbum aliquem ibidem incidentium, ut valida Teſtimonia producant, ex quibus erui queat, qualiter Diurna et reſpective expenſae itinerales ipſis competant, praeſcribitur. Publicatur Comitatuum Officialibus, Camerali et Zalathnenſi Inſpectoratui, et Adminiſtrationi Triceſimali ddto. 20. Aprilis Nro. Guberniali 2794.

Reſcriptum Regium ddto. 6. Aprilis continens Voluntatem ſuae Majeſtatis in obſervatione legum et immunita-

nitatum, una cum mandato, ut Nationes in Congreſſibus ſuis moderate agere, et ſuam in priorem ſtatum repoſitionem ab ulterioribus Ordinationibus praeſtolari noverint. Singulis Comitatuum, et Sedium Siculicalium Univerſitatibus eorumque Praeſidibus ſub 19. Aprilis Nro Guberniali 2924. intimatur.

Decretum Regium ſub Nro. 4970. ut Telonii a mercibus belgicis diminuti unica Provincia Limburgenſis, reliquis Provinciis excluſis, uſum habere poſsit, Magiſtratibus Civitatum, et Triceſimali Adminiſtrationi notum redditur ſub 22. Maii 1790. Nro. Guberniali 3753.

- - ddto. 22. Aprilis Nro. 4948. tenore cujus Nundinae Rupenſes, non obſtante immutatione de 1773. ad 10. Ianuarii reponuntur. Circulariter ſub 25. Maji 1790. Nro. Guberniali 3890. publicatur.

- - ddto. 29. Aprilis Nro. 4720. determinat Triceſimam Tapetarum Tyrolienſium in 1. fl. 40. kr. pro Centenario. 22. Maji 1790. Nro. Guberniali 3746. publicatum.

- - ddto. 3. Maji Nro. 5685. Comitem Balog de Galantha absque ulteriori nota infamiae caſsatum haberi intimans. Circulariter ſub 26. Maji 1790. Nro. Guberniali 3914. publicatur.

- - ddto 7. Iunii Nro. 7595. praecipiens ut pro evitandis penes Iudices Pagenſes ulterioribus Reſtantiis,

 contri-

Contributionales Libelli eorundem cum Quietantiis ſuper effectiva Adminiſtratione ſemper confrontentur, una cum ordinatione Guberniali ut Zingari non domiciliati cum 1. fl. a Capite taxentur. Sub 3. Iulii. 1790. Nro. 5053. Circulariter publicatur.

- - ddto. 10. Iunii Nro. 7730. promotionem D. Comitis Petri Réva ad munus Conſiliarii Status Actualis intimi notificans circulariter ſub 30. Iunii 1790. Nro. Guberniali 4956. publicatur.

- - ddto. 14. Iunii 1790. Nro. 7882. quo Diurniſtis pro tempore infirmitatis Diurnum denegatur cum ordinatio ſub 20. Aprilis Nro. 2794. publicata, ſolum Individuorum in actuali Servitio Regio conſtitutorum mentionem faciat, his autem non niſi juxta numerum dierum in laboribus inſumtorum emenſum praeſtetur. Singulis Iurisdictionibus et Exactoratui, Solutorio Officio et Expeditori Guberniali perſcribitur ſub 8. Iulii Nro. Guberniali 5284. pro obſervantia publicatur.

- - ddto. 24. Iunii 1790. Nro. 8552. Altiſsimam Reſolutionem continens, ut deinceps Religiones Acatholicae in hocce Principatu in Confluxibus ſuis Synodalibus tam ab interventu Commiſsariorum juxta Altiſsimam Ordinationem eatenus praeſcriptam per Regium Gubernium exmittendorum, quam etiam a ſubmiſsione ejusmodi confluxuum Protocollorum diſpenſentur, medio Circularium ad ſingulas Iurisdictiones,

Con-

Conſiſtoria Reformatorum, Auguſtanae Confeſsioni addictorum et Unitariorum exaratarum ſub 19. Iulii Nro. Guberniali 5552. publicatur.

Reſcriptum Regium ddto. 15. Iulii Nro 9757. de indicendis et promulgandis pro depoſitione Homagii, ac aliorum quoque publicorum negotiorum pertractatione ad 30. Auguſti in Civitate Claudiopolitana Comitiis generalibus celebrandis, et pro Regio Commisſario Plenipotentiario L. B. Ioh. Nepom. Chriſtiani de Rall Generalis Campi Marſchalli Locumtenens denominatur medio Circularium ſingulis Iurisdictionibus ſub 30. Iulii 1790. Nro. Guberniali 6048. publicatur, eisque notificatur, ut pro Deputatis ad Comitia Individua e ſingulis lege receptis Religionibus eligantur, nequaquam autem V. Officiales cum praeſentes Circumſtantiae continuam eorum praeſentiam in Comitatibus et Sedibus exigant. Ut et reliquae Regales expediuntur.

Decretum Regium ddto. 19. Julii Nro. 9273. quo collectio Charitativi ſubſidii pro Civitate Trenchin ordinatur, ſingulis Jurisdictionibus, Episcopis et Superintendentibus ſub 19. Auguſti Nro Guberniali 6558. communicatur.

- - ddto. 2. Auguſti 1790. Nro. 10120. Altiſsimam Reſolutionem continens, ut ab incaſsatione Reſtantiarum titulo Juris gladii apud Jurisdictiones privilegio hoc antea gaviſas exhaerentium penitus abſtrahatur,

hatur, ſub 27. Auguſti Nro. Guberniali 6895. ſingulis Jurisdictionibus, Exactoratui et Officio Solutorio communicatur.

- - ddto. 21. Auguſti Nro. 11077. quo Sua Majeſtas terminum Comitiorum differre, novique termini fine celebrationis Comitiorum praefixionem ſibi reſervare dignata eſt. Singulis Jurisdictionibus ſub 30. Auguſti Nro. Guberniali 6901. publicatur.

- - ddto. 30. Auguſti 1790. 11283. confirmans normalem Reſolutionem circa Tagliam pro interceptis et intertentis veris praedonibus pendendam, ſub 30. Septembris Nro. Guberniali 7673. ſingulis Comitatuum Sedium, et Diſtrictuum Officialibus publicatur, et Armorum Praefecturae et Commiſsariatui Provinciali communicatur.

- - ddto. 2. Septembris 1790. Nro. 11416. quo Salarium ſic dictorum Carcerariorum Comitatenſium, ſeu Hajdonum Corporalium uſque quo moderna rerum Cariſtia non ceſsaverit ad annuos 70. fl. elevatur, Officio Solutorio, ſingulis Comitatuum Diſtrictuum et Sedium Siculicalium Officialibus ſub 30. Septembris Nro. Guberniali 7752. publicatur.

- - ddto. 13. Septembris Nro. 11831. Alterationem in manipulatione Poſtali circa Officioſas Coreſpondentias continens, ſingulis Officialibus officioſam Correſpon-

reſpondentiam ducentibus ſub 13. Septembris Nro. Guberniali 8463. notum redditur.

- - ddto. 16. Septembris Nro. 10745. cujus tenore Cauſae Cambiales porro quoque ad ductum Ordinationum in annis 1768. et 1769. emanatarum interea quoad eatenus ſuo modo aliquid defixum fuerit, pertractandae veniunt, Circulariter ſub 14. Octobris Nro. Guberniali 8081. publicatur.

- - ddto. 20. Septembris Nro. 12060. praecipiens, ut reſtituta priſtinae adminiſtrationis forma, ad omnia Comitatuum, Sediumque Seculicalium et Saxonicalium nec non Diſtrictuum, Civitatum ac Oppidorum Officia ſolitae Candidationes pro futuro etiam obſervata inter receptas Religiones proportione, penes ſpeciales informationes ſubmittantur pro Confirmatione Regia, ſingulis Comitatuum et Sedium, Diſtrictuum, Civitatumque Officialibus ſub 7. Octobris Nro. Guberniali 7911. intimatur.

- - ddto. 23. Septembris Nro. 12217. Singulas expenſas inevitabilem neceſsitatem non involventes, uti et propoſitiones circa Salariorum et aliarum Erogationum Augmentationes interdicens, ſingulis Jurisdictionibus, Inſpectoratui Camerali et Montano, Adminiſtrationi Triceſsimali, Commiſsariatui et Tabulae Regiae ſub Nro Guberniali 7961. ddto. 11. Octobris intimatur.

 - - ddto.

- - ddto. 27. Septembris Nro. 12567. Altiſsimam Reſolutionem continens, ut Contribuentibus illis qui vel penuria Naturalium, vel pecoribus deſtituti Naturalia ad rationem belli in vicinitate Magazinorum coëmere neceſsitantur, vecturaria merces ſemper a loco habitationis perſolvatur, et viciſsim etiam ſi locus emtionis à Magazinali depoſitorio ſit remotior quam ipſe locus habitationis etiam tunc ſolutio a loco habitationis praeſtanda ſit, Nro. Guberniali 8085. ddto. 14. Octobris ſingulis Jurisdictionibus, Commiſsariatui et Armorum Praefecturae notificatur.

- - ddto. 30. Septembris Nro. 12633. reſolvitur: ut acceptatio Capitalium a 5. pro Cento penes Aerariales Caſsas cum fine Menſis Octobris, a. c. penitus ceſset et a 1. Novembris nonniſi a 3½ pro Cento acceptentur, interdicta vero edictio praeexiſtentium in fundo publico Capitalium porro quoque permaneat, ſingulis Jurisdictionibus, Caſsae Bancali, Inſpectoratui Camerali, et Zalathnenſi, Exactoratui Officioque Solutorio, ſub Nro. Guberniali 8195. ddto. 18. Octobris perſcribitur.

- - ddto. 30. Septembris Nro. 12773. Nomina Supremorum Armorum Praefectorum in Hungaria, Tranſylvania, Schlavonia et Banatu, una etiam erectionem Armorum Praefecturae in Banatu et Judicii Delegati Militaris Temesvarini notificans, Circulariter ſub Nro. Guberniali 8220. ddto. 18. Octobris publicatur.

- - ddto.

- - ddto. 18. Octobris Nro. 13373. ut Deo pro Coronatione novi electi Imperatoris Leopoldi Secundi in omnibus Praeſidiis et Civitatibus ſolemniter grates pendantur, Armorum Praefecturae omnibusque Jurisdictionibus ſub Nro. Guberniali 8610. ddto. 18. Octobris notum redditur.

- - ddto. 28. Octobris Nro. 13827. erectionem Curſus Poſtalis ex Syſztow per Crajovam usque Temesvarinum notificans, eo addito publicatur, quod omnes dupplex literarum portorium Poſtale dependendum habeant. Armorum Praefecturae, Poſtae Prefecto notificatur, et Circulariter ſub Nro. 8978. ddto. 11. Novembris publicatur.

- - ddto. 28. Octobris Nro. 13648. medio cujus Schema pro ducendo ſimplici Diario cum Contraquietantiis ſuper officioſarum Literarum portorio mittitur, ſingulis Jurisdictionibus, Poſtae Praefecto et Dicaſteriis Officioſam correſpodentiam ducentibus intimatur, ſub Nro. Guberniali 9453. ddto. 6. Decembris.

- - ddto. 3. Novembris Nro. 14113. ordinatur ut folia Luſoria Tyrolienſia eodem Telonio ſubjaceant prout Tergestienſia, item Tyrolinenſes et Forartpergenſes pelles hirſutae pro fabricatis reputentur, ac ab illis medietas portorii pro Conſumtione praeſcripti deſummatur, ita tamen, ut Paſsualibus Magiſtratualibus proviſae eſse debeant, Incl. Supr. Armorum Praefectu-

rae et ſingulis Jurisdictionibus per Circulares publicatur. ſub Nro. Guberniali 9556. dato 9. Decembris.

- - ddto. 13. Novembris Nro. 14392. cujus tenore ſubditis Ottomanicis e Valachia in Ditiones Caeſareo Regias emigrare volentibus quatuor annorum exemtio ab omni onere publico, absque tamen aliquo Aerarii Cameralis detrimento, tribuitur, Armorum Praefecturae, Commiſsioni et Exactoratui communicatur, et Circulariter publicatur ſub Nro. Guberniali 9722. dato 16. Novembris.

# II.

# ORDINATIONES GUBERNIALES.

- - ddto. 18. Januarii 1790. Nro. 296. ſingulis Comitatuum Officialibus in memoriam revocatur ordinatio Gubernialis ſub 5. Februarii 1789. Nro. 10719. exarata praeſcribens, quaenam Individua pro Tyronibus ſtatui nequeant.

- - ddto. 21. Januarii 1790. Nro. 401. ſinguli Comitatuum Officiolatus inviantur qualiter Camerales Officiales et Servitores Contagionales ſolum de facultati-

tatibus Contributionis praeſtationi ſubjici poſsint et debeant.

- - ddto. 25. Januarii 1790. Nro. 472. ſingulae Jurisdictiones eo inviantur, ut receptarum Religionum Fundi Ecleſiaſtici, ut ſunt Agri, prata et vineae a Contributione exempti ſint, non abſimiliter etiam fundi parochiales, et ſi iidem Portionem Canonicam non adaequarent, ex Parochii propriis fundis tot eximatur, quantum deſideratur ad complendam Canonicam Portionem.

- - ddto. 25. Januari 1790. Nro. 506. medio Comitatuum Officiolatus Perceptores Regii inviantur, quatenus Taxas ab Officialibus collectas recipiant Officio Taxatoratus transponendas.

- - ddto. 28. Januarii 1790. Nro. 683. ſingulis Comitatuum Officiolatibus praeſcribitur Norma de praecavenda lue pecuaria obſervanda.

- - ddto. 4. Februarii Nro. 724. medio Officiolatus Comitatuum Perceptores ad ſubmittendas quovis Menſe Exactoratui quietantias ſuper praeſtationibus Provincialibus et Militaribus admonentur.

- - ddto. 8. Februarii Nro. 866. Singulis Comitatuum Officiolatibus obſervatio Normae de praecavenda lue pecuaria praeſcriptae, ſub poena refuſionis

damni ex non obſervantia profluentis, denuo inculcatur.

- - ddto. 23. Februarii Nro. 1335. ſingulis Comitatuum Officiolatibus et Sedriis circa ſegregationem Actorum apud Officiolatus poſt erectionem 11. Comitatuum pertractatorum; Univerſitatibus autem circa procurandum Altiſsimae Reſolutionis intuitu reſtituendae priſtinae Adminiſtrationis formae emanatae effectum inviationes dantur.

- - ddto. 4. Martii Nro 1487. ſingulis Comitatuum Officiolatibus intimatur, quod praedones, contra quos Judicio Statario procedendum ſit, nonniſi patibulo affigi debeant.

- - ddto. 20. Martii Nro. 2102. ſingulis Comitatuum Officialibus, Commiſsariis R. et Fiſcali Directori Altiſsima Reſolutio publicatur: ut 1. Uſus latini idiomatis in Correſpondentiis Comitatus inter ac Gubernium R. mox inde a celebrandis generalibus Congregationibus denuo reſtituatur. 2do. Judicia, quibus de Criminalibus pronunciare incumbit, delinquentes juxta Leges patrias ac praxin uſitatam judicent, ubi vero Capitis ſententia ferretur ibi Fiscales pro vitae gratia ad Gubernium Regium recurrere teneantur. Quod usque 1. venturi Menſis Maji delegata poteſtate vitae gratiam impertietur. 3tio. A ſic dicta Nobilitarium Poſseſsionum Indictatione praeſcindatur et 4to. Pa-

Patentales de Uſura pariter nunc illico extra vigorem ponantur.

- - ddto. 22. Martii Nro. 2795. Judaeis tam exoticis, quam vero in haereditariis ditionibus degentibus Commercium Circumforaneum in Nundinis indulgetur, Circulariter publicatur, et Adminiſtrationi Triceſsimali notificatur.

- - ddto. 29. Martii Nro. 2230. Officiolatibus intimatur, quod in ſequelam Altiſsimae Reſolutionis ab Exercitio ſic dicti Judicii ſtatarii deſistendum habeant, et Latrones eorumque anteſignanos, ad praeſcriptum Legum proſequi faciant.

- - ddto. 1. Aprilis Nro. 2346. ſingulis Comitatuum Officiolatibus intimatur, ut a ſubſidiis etiam e Caſsis Allodialibus ad fundum Criminalem praeſtari ordinalis ſuperſedendum ſit.

- - ddto. 1. Aprilis Nro. 2413. ſingulis Comitatuum Officiolatibus pro inſtituenda inter Poſseſsores publicatione intimatur, Decimas Agnellorum Fisco Regio impune denegari minime poſse.

- - ddto. 6. Aprilis Nro. 2518. medio Circularium ad Comitatus Officiolatus exaratorum inviantur Perceptores, ut quotiescunque imputata Naturalia in Diariis ſuis aſsumunt, cum Diariis etiam teſtimonia ſuper facta imputatione Exactoratui ſubmittant.

- - ddto. 7. Aprilis Nro. 2373. Officiolatibus Comitatuum intimatur, et Conſiſtorio Unitariorum reſcribitur, ut occaſione electionis Officialium, Unitariorum capacium et neceſsariis qualitatibus proviſorum aequam habeant rationem.

- - ddto. 8. Aprilis Nro. 2617. ſingulis Comitatuum Officiolatibus intimatur Politiae Directionem ante hac erectam, pro futuro a 1. Maji ſublatam, ejusque partes Comitatuum Officialibus et Magiſtratibus Civitatum et Oppidorum concreditam eſse, quod ſub Gubernii Regii ſuperattendentia, eo dehinc adniſuri ſint, ut et ea, quae ad publicam ſecuritatem, bonum ordinem, et quietem, ac in Urbibus et Oppidis ſalutarem munditiem manutenendam ex Legum praeſcripto ipſis incumbunt, ſumma ſollicitudine ſortiantur effectum.

- - ddto. 13. Aprilis Nro. 2554. ſingulis Comitatuum Officiolatibus Conſervatio Viarum et Pontium in ſtatu meabili intimatur.

- - ddto. 13. Aprilis Nro. 2607. Gottſcherienſibus cum ſalſis piſcibus Scombri dictis, quaeſtum exercendi facultatem conceſsam eſse Circulariter publicatur

- - ddto. 16. Aprilis Nro 2406. ſingulis Comitatuum, Diſtrictuum et Sedium Siculicalium Univerſitatibus, praeſcribitur modalitas in pertractatione tam

publi-

publicae Adminiſtrationis, quam Juridicorum negotiorum poſt 1mum Maji inchoanda.

- - ddto. 17. Aprilis Nro. 2741. anteriores Inſtructive editae Ordinationes circa extingvendam luem pecuariam circulariter obſervari jubentur, et quoad itinerantes omnimodam praecautionem adhiberi curare mandatur.

- - ddto. 20. Aprilis Nro. 2959. Cohortes Praetoriales Militares, a Locis Praetoriorum, quo diſpoſitae erant jam revocatos eſse Circulariter publicatur.

- - ddto. 22. Aprilis Nro. 3278. ſparſis in Univerſum Principatum Circularibus notificatur, Altiſsimam Ordinationem ddto. 10. Auguſt 1787. Nro. 6154. promulgatam dehinc etiam genuine obſervandam eſse, quin tamen Contribuentibus vetitum ſit, quandoque poſcentibus ita Circumſtantiis ante adhuc meſsis vel vindemiae tempus futuram ſuam procreationem anticipative abalienare.

- - ddto. 29. Aprilis Nro. 3259. ſingulis Comitatuum Officiolatibus, Ordinationes Supremi Commisſariatus Provincialis exacte et indilate debito effectui mancipare, ac Reſolutiones ſuas de effectu deſideratas inomiſse ſubmittere circulariter praecipitur.

- - ddto. 4. Maji 3277. ſparſis per univerſum Principatum Circularibus praecipitur, quod Individua pe-

penes Tabulas Diſtrictuales conſtituta, nec non alia etiam per varias mutationes Officio ſuo emanſura ſemet penes legitimationem ſervitiorum ſuorum ante R. Gubernium ut ſe inſinuent pro obtinenda Penſione juxta hucusque vigentem Normam, item Tabellarum Cenſoriarum vulgo conduit Liſte ſubmiſsionem Altiſsime ſublatam eſse, concernentibus Jurisdictionibus notificatur.

- - ddto. 4. Maji Nro. 3226. pro Incolis Contribuentibus Poſseſsionis Botfalva per exortum ingentem Terrae motum damnificatis collectio Elemoſinae Circulariter diſponitur.

- - ddto. 10. Maji Nro. 3194. ſingulis Comitatuum, Diſtrictuum, et Sedium Siculicalium Univerſitatibus committitur, quatenus Repraeſentationes nomine Univerſitatis Regio Gubernio ſubmittendas, primo coram Univerſitate perlegi, dein vero Praeſidis, et Notarii ſubſcriptione muniri faciant.

- - ddto. 20. Maji Nro. 3812. ſingulis Comitatibus, Diſtrictibus, et Sedibus Siculicalibus Juriſtitium usque ad futura Comitia quoad Cauſas Civiles publicatur, et Officialibus Sedium ac Diſtrictuum Saxonicalium, nec non Magiſtratibus aliarum Civitatum et Locorum Taxalium notificatur.

- - ddto. 22. Maji Nro. 3980. Cunctis Comitatuum, Sedium, ac Diſtrictuum Officialibus Circulariter

ter demandatur, ut Tabellas ſuper ſtatu Luis pecuariae juxta extradita Formularia a Regio Gubernio praeſcripta, quindenaliter Regio Gubernio exhibere noverint.

- - ddto. 27. Maji Nro. 4079. Nulli in Valachiam, aut Moldaviam quaeſtus cauſa ire volenti Paſſuales a R. Gubernio extradari, qui non ab Officialibus Comitatus, Sedis, aut Diſtrictus ſufficientibus Teſtimoniis munitus fuerit, circulariter omnibus Jurisdictionibus publicatur.

- - ddto. 31. Maji Nro. 4007. cunctis Comitatuum, Sedium ac Diſtrictuum Officialibus, ut et reliquis ex Officio correſpondentiam habentibus Inſtructio et Formularia intuitu ducendorum Diariorum de Officioſis Coreſpondentiis Poſtalibus communicatur.

Circulares ddto. 18. Maji Nro. 4241. medio cujus a) Deſertorum Militarium occultatores juxta Patentales ſub 27. Junii A. 1762. emanatas et publicatas usque ad futuram determinationem puniri praecipiuntur. b) Inhumatio mortuorum in Templis tam publicis, quam privatis admittitur, obſervatis tamen regulis Sanitatis, ut videlicet ingreſsus in Cryptas nunquam ex ipſo Templo ſit, deinde ne ſcrobes in ipſo Templo effodiantur, quo ſine ulla concammeratione, uti in coemeteriis ſit, cadavera reponantur, denique ut cadavera in camerulis muratis repoſita penitus obmurentur, annusque et dies repoſitionis adnotetur, ne ante tempus perfectae ſolutionis cadaverum cum nocumento

 ſani-

ſanitatis viventium aperiantur. c) Quoad vagos, ordinatio de 22. Februarii 1780. Nro. 672. quod nimirum ad conſervandam in Ditionibus Haereditariis populationem, exteri in M. hoc Principatu absque fide dignis Paſsualibus divagantes comprehendantur, atque ad Militiam apti, pro Tyronibus ſtatuantur, reiteratur.

- - ddto. 31. Maji Nro. 4241. obſervari praecipiuntur circa fundationes Saeculares:

1mo. Quoad Capitalia. a) Summa Capitalis apud privatos ſecuritate plena proviſos, ſicut olim ita in futurum pro arbitrio eorum, ad quos immediate cura et adminiſtratio ejusmodi fundationis Saecularis, ſcilicet Xenodochiorum, Orphonotrophiorum, Domorumque aut Inſtitutorum quorumlibet procurandis aut alendis aegrotis, parturientibus, mente captis, pauperibus, Prolibusque ope deſtitutis aut expoſitis deſtinatorum pertinet, ſub onere reddendi Ratiocinii, libere elocari poſsint.

b) Adminiſtratio Talium Fundationum Curatoribus prioribus reſtituatur.

c) Curatorum horum obligatio erit, Capitalia ab inſecuris Debitoribus rehabere, contra eosdem in rehabitione etiam litem movere, et ſi neceſsum fuerit, Fiſcalem etiam aſsiſtentiam expetere.

2do. Aminiſtratio harum Fundationum nunc quoque Viris Eccleſiaſticis relinquitur, quum antea etiam pium hocce opus ex charitate proximi gratis exercuiſſent, Interim pendebit ab elaboratione Plani reſtitutionis

nis Fundationum, cui in ſpecie, et quae Fundatio reſtituenda erit.

3tio. Circa Inſtitutum Pauperum in Opidis et Pagis quoque introducendum.

a) Ad illius propagationem aes ex Donariis, et legatis conflandum non qua Capitale conſideretur, aſt ut Caſsa Inſtituti fine ſyſtematicae hebdomadalis diſtributionis inter plures Nro Perſonas pauperes ſine omni diſtinctione Perſonarum diſtribuendum, niſi poſitiva Teſtatoris Diſpoſitio hebdomadali huic Diſtributioni obſtet.

b) Res reddendarum de Perceptis et Erogatis pauperum Rationum, penes eum, quae hucusque obtinuit ſimplicem methodum porro quoque relinquatur.

c) Pro hic et nunc propriae duntaxat cujuslibet Jurisdictionis, et Communitatis providentiae committatur, quanam convenientiſsima et localibus circumſtantiis maxime accomodata ratione mendicis, et pauperibus ſuis providere velint.

ddto. 7. Junii Nro. 4427. Commiſsariatus Provincialis Adminiſtratio ad normam Anni 1780. reſtabilitur hocque cunctis Officiolatibus Circulariter notificatur.

ddto. 14. Junii Nro. 4482. circa exolvendum Statum Perſonalem et Salarialem omnium Officiorum prout ille Anno 1780. viguit, omnibus Jurisdictonibus Circulares expediuntur.

 - - ddto.

- - ddto. 24. Junii Nro. 4839. Praeſervatio Domorum Quartirialium Militarium in quantum opera ruſtica ſine aere parato eisdem ſubveniri poſset ab ultima ruina Circulariter ſingulis Jurisdictionibus committitur.

- - ddto. 24. Junii. Nro. 4873. medio Circularium ad omnes Jurisdictiones methodus perſcribitur, qualiter nimirum in opere Rectificationis, et Claſsificationis Exactoralis Inſtructio obſervari debeat.

- - ddto. 30. Junii Nro. 4970. de Lue pecuaria quindenales Relationes ſolum ex illis Circulis ubi exoritur, tamdiu ſubmittantur, donec lues penitus exſtincta fuerit. Cunctis Jurisdictionibus Circulariter demandatur.

- - ddto. 6. Julii Nro. 5103. cunctis Comitatuum Diſtrictuum et Sedium Siculicalium Officialibus, Auctio Salariorum ad Rfl. 50. ſingulis Hajdonibus pro Numero. 1780. vigente et antehac Salario 36. fl. gaudentibus clementer applacidata, nota redditur.

- - ddto .6. Julii Nro. 5113. 1mo. Submiſsio Quietantiarum et Diariorum ad Menſtrualem Computum ſpectantium committitur. 2do. Perceptoralium Contrarotulariorum dimiſsio, amanuenſium vero aſsumtio praecipitur. 3tio. In locum Perceptorum Centralium, Regii Perceptores conſtitui demandantur. 4to. De bonificatione Naturalium Relatio ſubmittenda Circulariter

ter omnibus Comitatuum, Sedium Siculicalium aeque ac Diſtrictuum Officialibus praecipitur.

- - ddto. 8. Julii Nro. 5213. ſingulis Jurisdictionibus medio Circularium intimatur, ut relationes ſuas activitatem ſupr. Commiſsariatus Provincialis reſpicientes ſignanter ratione difficultatum aut exeſsuum apud militaria magazina exercentium, ratione nimiarum vecturarum, aut non perſolutionis debitae mercedis, ratione transportuum Navalium, damnorum in transportibus militaribus in jugalibus perpeſsorum, 'intuitu impedimentorum in Naturalium imputatione, bonificatione, ſemet offerentium, ratione Salgami et praejuncturalium aſsignationum, Computualiumque Negotiorum etc. immediate Commiſsariatui ſubmittant.

- - ddto. 19. Julii Nro. 5638. medio Circularium ad ſingulas Jurisdictiones exaratarum publicatur, quod Literae paſsuales in Valachiam proficiſcentibus tam a Gubernio quam ab Incl. Supr. Armorum Praefectura deinceps iis ſolum elargientur, qui fide dignis concernentis Jurisdictionis Teſtimoniis proviſi fuerint.

- - ddto. 22. Julii Nro. 5663. ſingulis Jurisdictionibus per Circulares publicatur, ut Epiſcopo Disunitorum in ordinato Conſcriptionis negotio patrumfamilias disunitorum non tantum impedimentum non ponant, ſed etiam adjumento ſint.

- - ddto. 26. Julii Nro. 5787. ab Officiolatibus Comitatuum Diſtrictuum, Sedium Siculicalium et Magiſtratibus Sedium Saxonicalium informationes de procreatione frugum exiguntur.

- - ddto. 2. Auguſti Nro. 5995. circulariter Officiolatibus Comitatuum Diſtrictuum et Sedium Siculicalium ac Saxonicalium Magiſtratibus pro inſtruendis cognatis publicatur, ſubditos Regios bello captos, Simon Koſzta et Georg Nicolai vocatos apud claſsem maritimam Turcicam reperiri.

- - -ddto. 16. Auguſti Nro. 6547. Singulis Jurisdictionibus committitur, ut per inſtituendam publicationem ſingulis, quorum intereſt, notum reddant, praeſtitutum Comitiorum terminum uſque ad Coronationem Suae Majeſtatis in Regno Hungariae prorogatum eſse, ubi demum novus Comitiorum terminus praeſtitutus fuerit, congruam accipient praevie inviationem.

- - ddto. 19. Auguſti Nro. 6488. Conſignatio diverſarum partium conſtitutivarum ac Inſtrumentorum ad eſsentiam horologii neceſsariorum in neo erecta Viennae Horolopegiaria fabrica genevenſi reperibilium communicatur Magiſtratibus Civitatum pro inſtruendis mercatoribus et horologiariis.

- - ddto. 19. Auguſti Nro. 6514. Comitatuum Sedium Siculicalium Officiolatibus, et Sedium Saxonicalium

calium Magiſtratibus, Supremo Commiſsariatui Provinciali et Officio Solutorio intimatur, quod Conductoribus intra ambitum Provinciae Transportus comitantibus in genere 45. kr. dietim ſolvendi ſint, caſu quo autem Provinciam egredientur, diurnum eorum ad 1. fl. elevatum ſit.

- - ddto. 13. Septembris Nro. 7265. ſingulae Jurisdictiones monentur, ut Naturalium Militiae adminiſtratorum quietantias, quae in ſortem Contributionis imputari debent, quantocyus imputari faciant, liquidationique hujati ſubmittant.

- - ddto. 20. Septembris Nro. 7362. Circulorum Officialibus et Magiſtratibus Conſignationes Reſtantiarum Contributionalium pro inveſtigatione, an non aliquae earum poſitiones inexigibiles ſint, transmittuntur. Idque factum eſse Incl. Supr. Commiſsariatui et Exactoratui Provinciali notificatur.

- - ddto. 4. Octobris Nro. 7958. omnibus Circulorum et Locorum Officiolatibus, Commiſsariatui item Provinciali intimatur ut Reſtantiae Contributionales praeteritorum Annorum ex toto et hujus Anni Contributio uſque finem hujus Menſis colligantur, Opus Rectificationis quantocyus ad finem perducetur.

- - ddto. 14. Octobris Nro. 8225. Mulctae burſales a plebe contribuente in majoribus ſummis ad enervationem deſumendae interdicuntur per Circulares

ad Officiales Comitatuum, Sedium et Diſtrictuum emanatas.

- - ddto. 21. Octobris Nro. 8234. amortiſantur Obligatoriales C. Georgii Csáky ad Nomen Annae Mariae Mailberg nuptae Bartheldi ſuper 4000. fl. expeditae, per Circulares ad ſingulas Jurisdictiones, Inſpectoratum Cameralem et Montaniſticum, Adminiſtrationem item Triceſsimalem, Officium Solutorium et Incl. Supr. Armorum Praefecturam.

- - ddto. 8. Novembris 8773. Uſtio Cremati et Coctio Cereviſiae e frugibus uſui humano inſervientibus Circulariter interdicitur, hocque Incl. ſupr. Armorum Praefecturae notificatur.

- - ddto. 16. Decembris Nro. 9817. Circulares in Univerſum Principatum, de Individuis apud Officia Salinaria applicari anhelantibus ad hauriendam ibidem praxin inviandis, quod ita diſpoſitum eſse notificatur Commiſsioni Camerali.

- - ddto. 20. Decembris Nro. 9899. circulariter publicatur, Georgium Hajdu in Captivitate turcica exiſtentem ad domum Captivorum Conſtantinopolim reductum eſse.

# III.

# DESCRIPTIONES.

Deſertoris ex Regimine Spleniano, Sigismundi Kováts ddto. 14. Januarii Nro. 133.

Profugorum e Regno Bohemiae e publicis laboribus, Johannis Georgii Hanebach, Veit Denk, Johannis Georgii Schaeftner et Antonii Kellerer ddto. 28. Januarii Nro. 524.

Profugorum ex publicis laboribus e Regno Bohemiae, Francisci Horzak et Jacobi Halbik ddto. 28. Januarii Nro. 525.

Deſertoris ex Regimine Spleniano, Joſephi Nagel ddto. 28. Januarii Nro. 587.

Profugi Spani Dominii Zalathnenſis Ignatii Kunz ddto. 6. Februarii Nro. 937.

Profugi e Cibinio Tyronis Mercatoris Baſilie N. ddto. 8. Februarii Nro. 911.

Profugorum ex Carceribus Suczavaienſibus Stephani Waſsilik, Juonitza Baſtulatky, Waſzilie Koſokas, Iſtemie a Danila Thoman Ungurian, Theodora Badaly, Joan Buga, Waſsilie Saelaniuk, Dobroczy Sándor, Waſsilie Ksripkaru, Johannis Juſchnisky et Kirilla Kasſian. ddto. 11. Februarii Nro. 925.

Profugorum Malefactorum ex Carcere Tarnovienſi Adalberti Jaworsky et Stanislai Molanda. ddto. 11. Februarii Nro. 926.

Profugi ex Carcere Csernovitzienſi Conſtantini Luczeska ddto. 2. Martii Nro. 1339.

Profugorum e Carceribus Csernovitzienſibus Juonitza Csobatar, Thoger Karp, Duon Jazenczuk, Thodor Ruſs, et Joſephi Kordan. ddto. 4. Martii Nro. 1526.

Profugi ex Collegio Reformatorum Nagy Enyedienſi Georgii Gieb. ddto. 8. Martii Nro. 1758.

Profugorum ex Carcere Comitatenſi Cibinienſi Nicolai Dragomir e Joán alias Salamon Marijutza. ddto. 11. Martii Nro. 1797.

Praetioſorum Gemmis inſtructorum Viennae ablatorum ddto. 15. Martii Nro. 1834.

Profugi Mercatoris Devenſis Illyés Edelbe. ddto. 15. Martii Nro. 1972.

Deſertoris ex Regimine Oroſziano Georgii Szintamaria al Zelinoi ddto. 26. Martii Nro. 2181.

Deſertorum ex Noſocomio Coronenſi Joſephi Thodor et Michaelis Csiki. ddto. 1. Aprilis Nro. 2274.

Deſertoris Recrouttae e Corona Stephani Karátson. ddto. 8. Aprilis Nro. 2492.

Deſertoris ex Regimine Spleniano Recrouttæ Reſzmies Mark. ddto. 8. Aprilis Nro. 2493.

Profugi ex Inspruk Joannis Michaelis Maders. ddto. 6. Aprilis 2437.

Profugi ex Carcere Trembowleinſi Jacko Groſzko. ddto. 8. Aprilis Nro. 2495.

Profugorum, ex Carcere Trembowleinſi Iacho Groska, et Quaeſtoris Aromatum e Goricia Francisci Sernitz. ddto. 8. Aprilis Nro. 2511.

Pecuniarum Queſtori Francisco Schvarzel Viennae ablatarum. ddto. 14. Aprilis Nro. 2602.

Rerum in Suburbio Leopoldino Viennenſi habitanti Auguſtino Schimpel ablatarum. ddto. 13. Aprilis Nro. 2603.

Profugi Homicidae ex Pago Nagy Csür, Thomae Guiſt. ddto. 13. Aprilis Nro. 2705.

Deſertoris ex Regimine Spleniano Recrouttae Timpos Vaſzie. ddto. 17. Aprilis Nro. 2709.

Profugi ex Carcere Csernovitzienſi Jeremiae Kroitoraluy. ddto. 26. May Nro. 3818.

Pecuniarum Mercatori Johanni Csivits Viennae ablatarum. ddto. 26. Mai Nro. 3889.

Deſertoris Abrugyan Urſz. ddto. 31. May Nro. 3950.

Deſertorum ex Regimine Spleniano Stephani Gegis, Gabrielis Szilagyi, Joannis Német et Martini Motsi. ddto. 31. May 3951.

Deſertoris ex Regimine Spleniano *Mokan* Silimon. ddto. 31. May Nro. 3952.

Profugorum ex Carcere Samborienſi Olexa Nakoneczny, Andreae Danelak, Johannis Wenbel, Andreae Leſiow, Michaelis Medocha et Petri Sieradsky. ddto. 31. May Nro. 3962.

Deſertoris ex Regimine Spleniano Mizgan Onyizie. ddto. 7. Junii Nro. 4313.

Latronum Neo Ruſticum Schaesburgenſem Muntzi Sztojka aggredientium et expilantium. ddto. 10. Junii Nro. 4352.

Deſertoris ex Regimine Spleniano Georgii Szigyárto. ddto. 21. Junii Nro. 4702.

Profugi ex Carcere Trembowlenſi Tinko Mielnik. ddto. 24. Junii Nro. 4771.

Edictaliter citati Adalberti Wierrbicky. ddto. 24. Junii Nro. 4772.

Profugi e Regno Bohemiae Patris Capucinorum Medardi Scheftelmayer. ddto. 6. Julii Nro. 5161.

Deſertorum ex Regimine Spleniano Georgii Talpos, Joſephi Fiſcher et Maroſan Gligor. ddto. 8. Julii Nro. 5228.

Deſertoris ex Regimine Spleniano Georgii Kreibik ddto. 8. Julii Nro. 5229.

Deſertoris ex Regimine Spleniano Gottfried Müller. ddto. 19. Julii Nro. 5623.

Deſertorum ex Regimine Spleniano Oprits Thodor et Oltyan Flora. ddto. 9. Auguſti Nro. 6208.

Deſertoris ex Regimine Spleniano Temoſtye Nyſtor. ddto. 9. Auguſti Nro. 6209.

Profugorum ex Carceribus Suczavenſibus Schitan Michali, Juon Moskal, Flore Juon, Vaſeli Koſchokar, et Berlian Georgie. ddto. 19. Auguſti Nro. 6477.

Pecuniarum aliarumque rerum Civi Coronenſi Joanni Reich alias Herrmannſtaedter ablatarum. ddto. 30. Auguſti. Nro. 6802.

Deſertoris ex Regimine Spleniano Joſephi Olla. ddto. 6. Septembris Nro. 7048.

Profugi e Labore Tsernovitzie Juon Thekolak, ddto. 13. Septembris Nro. 7165.

Profugi ex Carcere Skalenſi Jacobi Milinkiewicz. ddto. 13. Septembris Nro. 7166.

De-

s ex Regimine Spleniano Johannis Vaſzil.
Deſerton mbris Nro. 7552.
ddto. 23. Septe niarumque e Domo Martineliana Vi-
Rerum Pecu arum. ddto 7. Octobris Nro. 7901.
ennae furto ſublat Regimine Spleniano Georgii Mi-
Deſertorum ex Ruſz Juon. ddto. 21. Octobris
naſz et Kretsun alias
Nro. 8322. Spleniano Ruſz Thodor.
Deſertoris ex Regimine
ddto. 25. Octobris Nro. 8323.

Profugi e Carceribus Zaloſcenſibus Petri Dobroffski. ddto. 25. Octobris Nro. 8400.

Deſertoris ex Regimine Spleniano Stephani Ruſz. ddto. 28. Octobris Nro. 8447.

Incendiarii Georgii Sütö ex Poſseſsione Balováſár. ddto. 28. Octobris Nro. 8469.

Profugorum a publicis Laboribus Csernovinae Juon Thoma et Gabrielis Danila. ddto. 28. Octobris Nro. 8480.

Profugientis e puplicis laboribus Csernovitze Joannis Vaſillinguk. ddto. 2. Novembris Nro. 8593.

Rerum Viennae in Domo Kaiſerſteiniana furto ablatorum. ddto. 8. Novembris Nro. 8763.

Profugi ez Carceribus Trembowlenſibus. ddto. 8. Novembris Nro. 8812.

Clarae Jaskin ab Antonio Ahlmajer Arculario Viennenſi 4000. fl. fraudulenta Arte elicientis. ddto. 16. Novembris Nro. 8979.

Profugorum a publicis Laboribus Csernovitzienſis Thodier Kodzian et Juon Angel. ddto. 19. Novembris Nro. 9053.

Profugorum e Carceribus Csernovitze
ri Kimpolunzana, Bukur Rukuriun, et Ju  enſibus Grigo-
ddto. 19. Novembris Nro. 9054.  ion Iſtradiczak.
Profugi Homicidae e Gallicia Ro
19. Novembris Nro. 9055.  man Wakar. ddto.
Ex omnibus haereditariis Di
tini Craſsan. ddto. 29. Nover  tionibus eliminati Mar-
Profugientis e Regno  mbris Nro. 9184.
Mucha. ddto. 6. Dec  Galliciae Homicidae Antonii
Decembris Nro. 9403.

Profugi e publicis Laboribus Csernoviczino Juo-
nicza Wolika. ddto. 24. Decembris Nro. 10019.

**Georgius Comes Banffi mp.**
Gubernator.

L. S.

KÖNYV-TÁRA

David de Székelly mp.
Cancellarius.

Volffgangus Cserei mp.
Secretarius.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár